non cives Laodiceæ, ſed qui laudes ſuas cani libenter
audiebant: ut & iidem non inurbanè vocabantur σοφοκλεῖς, non ut proprio nomine tragici Poetæ: ſed quia
grande ſophos [de acclamandi iſtâ formulâ vide Martial.
VI. Epigr. 48. & alibi,] illis dicebatur à conductis & redemptis Auditoribus. Quisquis fuit etiam, qui vocem
Σοφοκλεῖς gloſsâ, quæ poſteà in ipſum quarundam editionum
textum irrepſit, [ἀπὸ τοῦ σοφὸς καὶ καλεῖσθαι,] illuſtrare voluit, vix dubium, quin appellationem illam de Oratore non
audiverit. Quem ſic & Gyraldus ſequitur Dial. VII. de Poet.
Hiſt. [Tom. II. Op. f. 261.] Viciſſim tamen è Catanæo intelliges, non defuiſſe, qui cognomina hæc ad Auditores referrent,
quoniam laudarent Cauſidicos, & σοφῶς illis acclamarent.

y) circumſcribit XVII. annorum ætatem. Nam nati annos XVI. togam puram ſive virilem, prætextâ poſitâ ſumebant Romani, viriliaq; officia auſpicabantur. Bu. Errat

14. CAJUS PLINIUS MAXImo k) ſuo S.

Centumvirales cauſas, de qvibus multa [ad lib. I. Ep. 18. lit. x.] *prædiximus, tanqvam obſcuras & veterem formam non ſervantibus actionibus, per epiſtolam apud Maximum notat.*

VErum opinaris: diſtringor centumviralibus cauſis, qvæ me exercent magis qvàm delectant. Sunt enim pleræqve parvæ & exiles: raro incidit vel perſonarum claritate, vel negotij magnitudine inſignis. Ad hoc, perpauci cum qvibus juvet dicere: cæteri, audaces, atqve etiam magnâ ex parte adoleſcentuli obſcuri

 ad

---

cum delectu daret. Legitur etiam liceret, *puta ſuprà profeſſum numerum. Extat enim Trajani Epiſtola* [*lib. X. 96.*] *quâ Secundo jus trium liberorum pro Tranquillo petenti reſpondit, ſe favere illius deſiderio: Sed nolle excedere numerum concedendi jus trium natorum, quem profeſſus fuerat apud Senatum.* Cat. *Utrumq; mendoſum.* L. gliſceret. *Ba.*

EP. 14. k) Gavius Maximus, *vir ſeveriſſimus, Præfectus Prætorii usq; ad viceſimum annum: cui poſteà Tatius Maximus ſucceſſit. Huic ſcriptam hanc Epiſtolam vero proximum videtur: nam Secundus eundem in Achaiâ legationem Proconſulari imperio gerentem monet libro VIII.* [*Epiſt. 24.*] *ut molliùs & clementiùs ſubditos tractaret. Scio tamen multos fuiſſe Maximos, ad quos potuit ſcripſiſſe, ut ad* Claudium Maximum *Stoicum inter præceptores Divi Antonini. Et* Albium Max. *virum doctum Mart. commemorat. Item Secundi extant epiſtolæ, quibus teſtatur, Domitianum ſcripſiſſe* Terentio & L. Appio Maximis. *Refert Dion, adverſum Antonium rebellantem eundem Imperatorem miſiſſe* L. Maximum & *Trajanum. Idem auctor eſt* Maximum *Præfectum, cùm ipſe ad Oceanum navigaret, deſtinaſſe ad-*

garet. Ita certè ex Qvintiliano, præceptore n
audiſſe memini. Narrabat ille: Affectabar
mitium Afrum, qvùm apud centumviros d
ret graviter & lentè, [hoc enim illi actionis
nus erat:] audiit ex próximo immodicum
ſolitumqve clamorem: admiratus reticuit.
ſilentium factum eſt, repetit qvod abrupe
iterum clamor, iterum reticuit: & poſt ſile
um, cœpit idem tertiò. Novisſimè, qvis d
ret, qvæſivit: reſponſum eſt, Licinius: tum
termiſsâ causâ, *Centumviri*, inqvit, *hoc art*
um periit. Qvod alioqvi perire incipiebat, q
periiſſe Afro videretur: nunc verò propè fu
tus extinctum & everſum eſt. Pudet referre,
qvàm fractâ *d*) pronunciatione dicantur:
bus qvàm teneris clamoribus excipiant
Plauſus tantùm, ac ſola cymbala *e*) & tym
illis canticis *f*) deſunt; ululatûs qvidem, [
qve enim alio vocabulo poteſt exprimi, t
tris qvoqve indecora laudatio *g*),] largè ſu
ſunt. Nos tamen adhuc & utilitas amico

tis millibus emere voluit: vir Prætorius, & poſt Præt
Legatus: cui jura reddenti Carthagine accidit morde
ber, ut deprehenſus inde denarius primos dentes infle
hæc è XIX. Plinii [*cap. 2.*] *apud quem legitur Lartiu*
nius. Cat. *Sed hîc fortaſſe Catanæus duos Licinios co*
dit. Conf. Glandorp. Onomaſt. f. 518. d) *ene*
molli, ſcenicâ: in quod acerrimè Fabius invehitur. Ca
e) *hæc eſt lectio vett. edd. & Pal. Poſteriores adje*
vocem: ac *potiùs* ſo!a cymb. *natam in officinâ Aldi.* G
f) cantibus.†. g) *Diſtinctio loci à me eſt: nan*
anteà interpungebatur, nemini profectò intellectus eſt

tio ætatis moratur ac retinet. Veremur, ne fortè non has indignitates reliqviſſe, laborem refugiſſe videamur. Sumus tamen rariores: QVOD INITIUM eſt gradu deſinendi. Vale.

CAJUS PLINIUS VALERIANO *b*) ſuo S.

Interrogat Valerianum qvantum veteribus & comparatis agris oblectetur.

QVo modo te veteres *i*) Marſi *k*) tui *l*)? qvo modo emtio nova? placent agri, poſtqvam facti ſunt? Rarum id qvidem! NIHIL ENIM æqvè gratum eſt adeptis, qvàm concupiſcentibus *m*). Me prædia materna parùm com-

ur enim: ululatus qvidem [neq; enim alio vocabuleſt exprimi] theatris qvoqve indecora laudatio ſuperſunt. *Gru.*

. 15. h) *Valeriani Pollionis meminit Martialis.* i) *agri aviti & Majorum tuorum.* Cat. k) *quos Marſis poſſides.* Cat. l) *tractant ſcil. ut mox :* [Me prædia materna parùm commodè tractant.] *Ba.* m) *i.e.* eandem habet gratiam, cùm adepti ſumus, qvam t, cùm nondum adepti concupiſceremus. *Senſus cuus. Quem non aſſecutus eſt Catanæus, cùm pro* enim *ret in codice ſuo* tamen. *Imò fuerunt, quod ex eodem ſcimus, qui totum hoc haberent pro gloſſâ. Sed hic ri- res accidit. Stephani editiones in margine pro variâ ne appingunt:* nihil tamen usqve ad me. *Mihi non m, quin ex perperam intellecto Catanæo. Sic enim ille :* qvi velint, nihil tamen usqve ad me, [*i.e. hæc ver-* nihil tamen, *usq; ad illa*: Me prædia &c.] fuiſſe dam gloſſulam, & epiſtolæ inſertam. *Ultima hæc ver-*

commodè tractant n): delectant tamen, ...
terna. Alioqvi longâ patientiâ obcallui o). ...
BENT HUNC finem aſſiduæ qverelæ ...
qveri pudet. Vale.

16. CAJUS PLINIUS ANNIA-no p) ſuo S.

Annianum hortantem, Atiliani codicil... non eſſent teſtamento confirmati, irritos ... monet ſe pluris facere defuncti voluntat... jus ipſum.

TU qvidem pro cæterâ tuâ diligenti... nes me, codicillos q) Aciliani r), qvi ... parte inſtituit hæredem, pro non ſcriptis ... dos, qvia non ſint confirmati teſtamento. Q...

---

ba præter vidit Stephanus, [*vel ſi cui negotium è Catu... rias excerpendi lectiones ipſe dederat,*] *priora verò ...* Sunt qvi velint [*ita legi oportere:*] nihil tamen ... me. n) *admodùm infructuoſa & ſterilia ſunt.* ...

o) *Sic omnes editi. At Palatin. calamo exaratus ... amplius:* occalui aliis. *De quo viderint, quibus ...* Gru.

EP. 16. p) *Vidi in monumentis Brixi...* Lucretium Annianum. *Præterea in quibusdam ... ribus memini legere, ad* Annium *ſcriptam epiſtolam ... fuerit* Annius Gallus *ab Othone peditum rector ... ſive* Annius Verus, *qui poſteà aſcito nomine Anto... peravit. Potuit & mitti* T. Annio Flaviano, *aquarum ... tori Veſpaſiano quinto & Tito Coſſ. Frontino autem ...*

q) *Codicilli h. l. ſunt ſcriptura, quâ defunctus ... ſolennitate voluntatem ſuam teſtatus eſt de eo, quod ... mortem ſuam fieri cupit. Vide Lexica JCtorum.*

dandum trahebantur. TANTI CONSTAT ut ſis *z*) diſertisſimus Hoc pretio qvamlibet numeroſa ſubſellia implentur; hoc ingens corona colligitur; hoc infiniti clamores *a*) commoventur, qvùm μεσόχορος *b*) dedit ſignum. Opus eſt enim ſigno apud non intelligentes; ne audientes qvidem: nam pleriqve non audiunt, nec ulli magis laudant. Si qvando tranſibis per baſilicam, & voles ſcire qvomodo qvisqve dicat, nihil eſt qvòd tribunal aſcendas, nihil qvòd præbeas aurem: facilis divinatio. SCITO EUM pesſimè dicere, qvi laudabitur maximè. Primus hunc audiendi morem induxit Largius Licinius *c*), hactenus tamen, ut auditores corrogaret.

vulgaris. Quindecim annorum ætatem voluit dicere: nam annos quatuordecim nati prætextâ puerili poſitâ togam puram ſumebant. Gro. z) *habearis.* Ba. a) *Juvenalis Fesſidium tangens hunc agendi modum notavit [Sat. XIII.]* Qvanto Feſſidium laudat vocalis agentem Sportula. *Cat.* b) *Sonat hæc vox, qui medius in choro eſt, vel qui in medio ſtat choro. Catanæus exponit, qui in mediâ turbâ eſt. Hoc in loco mihi ſuſpectum eſt iſtud vocabulum.* St. *Immeritò doctis hominibus ſuſpecta eſt vox* μεσόχορος: *cui ſtabiliendæ hoc loco vel id ſatis ſit, quòd apud Sidonium Apollinarem, merum ſimiam hujus ſcriptoris, legitur [lib. I. Epiſt. 2. ſub fin.] Eſt autem* μεσόχορος *idem planè cum eo, qui* κορυφαῖος *vocabatur,* ὁ κατάρξαντος, *ut eſt in libello de mundo,* συνεπήχει πᾶς ὁ χορός. *Ille præcinebat: reliqvus chorus accinebat, concinebatque. Idem officium ejus, qui ſymphoniacis celeusma canentibus in navi modum dabat: quem Plautus aliique priſci dixerunt portiſculum, Seneca pauſarium.* Caſ. c) *qui [teſte noſtro lib. III. Epiſt. 5.] Plinii avunculi commentarios quadringen-*

villa ſtructurem mirus tanqvam architect
ſcribens: hortaturq́; ut villam tot rebus orn
contubernio ſuo magis commendet. [Confe
eſt hæc epiſtola cum 6. lib. V.]

MIraris cur me Laurentinum, vel [ſi it
vis] Laurens *b*) meum tantopere del
deſines mirari qvùm cognoveris gratiam
opportunitatem loci, littoris ſpatium *c*).
cem & ſeptem millibus paſſuum ab urbe

Adrianus Trajano fuit acceptus. Galli *Præfecti* m
mentio apud Juvenal. Sat. 16. Rubrium Gallum c
lio Piſone Conſulem, per quos ſubventum libertatib
ſenatusconſulto, teſtatur Ulpianus fuiſſe temporibus T
jani. Poſſumus etiam intelligere Numatium Gallum,
Martialis lib. X. ſcribit fuiſſe ſimplicitate priſcà & b
Socrati parem. Cat. b) *Nam Servius ſuper illud*
lii lib. X. [*v. 709.*] palus Laurentia, *inquit:* Lauren
Laurens: recta enim derivatio hæc eſt. *Qvare Sec*
ut rectè loqveretur, per correctionem Laurens *app*
quanquam alibi ſemper Laurentinum *dicat, non ſi*
legiâ, utpote à Laurento *oppido deductum: tamet*
Laurentes *vocemus.* Cat. c) *Vox* litoris *de*
ceſſu villa in litore poſita capienda eſt; ſpacii *verò*
tiâ ejus ab urbe, quam mox deſcribit ab ultimo eorum
propoſuerat, incipiens: quod ſæpe ſolent auctores.
pro ſeceſſibus [*quòd hi plerumque ibi amœnitate* co
terentur] *& Tacitus dixit Hiſt. III. cap. 63.* In e
modum & Mucianus compoſuit epiſtolas: qvib
rumqve fidere Vitellius, ac de numero ſervorum, e
ne litorum loqvi. *Paullò antè* ſecreta Campaniæ d
mox beatos Campaniæ ſinûs *appellat. Qui & alib*
na litorum, *pro amœnioribus ſeceſſibus litorum dixit.*

...notatum eſt. B2. Utrin-

...: inter hæc duo tempora e) Naſcitur dies mane, mori-
Nam & Virgilius adoleſcit quaſi atque ma-
...: interea maturam lucem de adultâ ac ple-
Soles revoluta ruebat Maturâ jam luce dies.
...m plena maturos in Georgicis dixit, de ſolſtitiali tem-
Nam ſimul æſtas eſt, & Sol ex incrementis ſuis maximè
...ul remitti declinare incipit, [quod à ſolſtitio acci-
...ἀκμὴ, & calor ejus ſolet. Maturum itaque in
...pud Statium ἄκμαιος eſt, hoc eſt, quod ad ſuam ἀκμὴν per-
...e cœna in Silvis legimus: Jam moriente die
...e, benigni Vindicis. Moriente die, id eſt,
...ies, & jam eunte in veſperam ac noctem. Porrò ut
... ita & ſepelitur. Virgilius: Antè diem clauſo
... veſper olympo. Horatius: Condit qvisq; diem
... ſuis. Componere enim & condere ſepelire eſt.
... eſt tibi mater? Cognati? qveis te ſalvo eſt opus?
... qvisqvam, Omnes compoſui. Quare & hîc,
... dies, ſepultus erit, h. e. finitus atque peractus.
...m, qui adhuc durat & vivit quaſi. Vivit enim
...huc lucet, nec jam elapſus totus eſt. Nam & So-
... de præſenti & nondum præterito tempore
... ratione ſalvus atque compoſitus, ut duo
... conjunguntur? An pro ſalvo, ſoluto ...
... eſt? Nam ...

Utrinqve excipit iter aliqvâ ex parte arenoſu
jumentis *f*) paulò gravius & longius, eqvo b
ve & molle. Varia *g*) hinc atqve inde faci
Nam modò occurrentibus ſylvis via coarctat
modò latisſimis pratis diffunditur & pateſc
Multi greges ovium, multa ibi eqvorum bou
qve armenta: qvæ montibus hyeme depul
herbis & tepore verno niteſcunt *h*). Villa u
bus capax, non ſumptuoſa tutelâ. Cujus in p
mâ parte atrium frugi *i*), nec tamen ſordidu
deinde porticus in O literæ ſimilitudinem
circumactæ: qvibus parvula, ſed feſtiva area i
cluc

ſcere per noctem. Nam manere *per noctem quieſcere e*
unde & manſio *locum ſignificat, ubi confecto diei itiner*
quieſcendi causâ manemus per noctem. Bu. *Fruſtrà ſud*
hic Buchnerus. Salvo & compoſito die, *eſt omni penſo di*
confecto, ut nihil omiſeris eorum, qvæ illo die curanda habe
& curare conſtitueras; ut non temporiùs ex urbe exea
qvàm functus omni officio ejus diei fueris. Dies *pro ope*
diei. Hac omnis difficultas. Adde & Senecam de Irâ III. 3
Gro. f) *ſic quidem Manutii editio: at eâ priore*
junctis, *& ita quoque Palatinus noſter; neque prorſus di*
plicet. Videatur Catanæus. Gru. *Utraq; lectio eodem redi*
ut ſenſus ſit: equis conjugatis. Catanæo magis placet jume
tis: *qui utrique interim defendendæ adhibet Tranquillum*
Cujus hæc verba profert è Nerone: Sed & in viæ Appiæ vic
repente puerum citatis *jumentis* haud ignarus obtrivit
Alia è Dictatore: Poſt Solis occaſum mulis è proximo p
ſtrino ad vehendum *junctis.* g) *adſcribitur etiam*
grata. *Cat.* h) *pingueſcunt. Virgil.* qvæ cura nite
tes Paſcere eqvos. *Cat.* i) *non ſumptuoſum* Cat.
k) *in rotunditatem, ad typum literæ* O. *Fuit etiam in ſ*
cundâ lectione, in Δ literæ, *ut ſcilicet porticus illa triang*

ітur. Egregium hæ adverſum tempeſtates
taculum: nam ſpecularibus *l*) ac multò
s imminentibus tectis muniuntur. Eſt
a medias *m*) cavædium *n*) hilare: mox
nium ſatis pulchrum, qvod in litus excur-
ac ſi qvando Africo mare impulſum eſt,
s jam & novisſimis fluctibus leviter allui-
Undiqve valvas aut feneſtras non minores
habet: atqve ita à lateribus & à fronte,
tria maria proſpectat; à tergo cavædium,
um, aream; porticum rurſus, mox atri-
lvas & longinqvos reſpicit montes. Hu-
evâ retractius paulò cubiculum eſt am-
deinde aliud minus, qvod alterâ fene-
nittit Orientem, Occidentem alterâ re-
). Hæc & ſubjacens mare longius qvi-
ed ſecurius intuetur. Hujus cubiculi &
i illius objectu includitur angulus, qvi
puris-

nt. Cat. l) *ſicut noſtrâ tempeſtate vitreis orbi-*
utinatis frigus & ventos arcemus: ſic olim lapidi-
laribus in quamlibet tenues cruſtas fiſſis. Juvenalis:
iτur clauſo latis ſpecularibus antro. *Martialis*
pigr. 14. ubi Raderum vide,] Hybernis objecta no-
laria puros Admittunt ſoles, & ſine fece diem.
m) *porticus. Qvidam legunt* meſaulas, *non me-*
quibus Vitruvius: Inter duo autem periſtylia iti-
t, qvæ meſaulæ dicuntur, qvòd inter duas aulas
unt interpoſita. *Cat.* n) *Vitruvius &. Varro*
m protulére, cava ædium *appellantes. Erat autem*
rietes locus tectus & patulus ad uſum omnium, ma-
utantium relictus. Cat. o) *uſque dum totus oc-*
. *Aliter Catanaus: caleſcit ſole occiduo, & tepo-*

puriſſimum ſolem continet & accen
Hoc hybernaculum, hoc etiam gymr
meorum eſt. Ibi omnes ſilent venti, ex
qvi nubilum inducunt, & ſerenum ant
uſum loci eripiunt. Adnectitur angulo
culum in apſida curvatum, qvod ambit
lis feneſtris omnibus ſeqvitur. Parieti
bibliothecæ ſpeciem armarium inſertu
qvod non legendos libros, ſed lectitand
pit. Adhæret dormitorium membrum q),
tu r) interjacente, qvi s) ſuſpenſus &
latus t) conceptum vaporem ſalubri t
ramento huc illucqve digerit & miniſtr
liqva pars lateris hujus ſervorum liber

rem in nocte reſervat. p) *id eſt* teporem ſol
repercuſſu auget, *ut infrà de Xyſto & Cryptoporti*
tur. Bu. q) *pars domûs. Nam Columella cum*
ſic nominat. Videtur autem fuiſſe dormitorium me
qvod ipſe libro V. [*Ep. 6.*] *in alterius villa deſc*
dormitorium cubiculum *dixit*. Cat. r) *Pa*
tio vetus: membrum & tranſitu. *Gru.* s) *Le*
iam, qvod ſuſpenſum & tabulatum, *ut iſta refer.*
dormitorium. Cat. t) *Nos putamus legendum*
tus: *per tranſitum autem ſubulatum locum putamu*
qvi qvaſi per tubos ac fiſtulas veluti tibicen ſufflabat
vaporem diffundebat. Subulatus *ergò accipitur qu*
torius. Subulo *namque Pompejo auctore Thuſcè tib*
tur. Jac. à Cruce Bonon. [*apud Grut. I. Lamp. p.*
Catanao magis placet tabulatus, *tabulis ubique im*
per quas vapor huc & illuc digeratur. Palatinus
ſus ſublatus; *editio vetus* qvi ſuſpenſus & ſublatu
us, cùm inveniſſet in Neuſtetteri mſ. qvi ſuſpenſus
legendum pronunciat, ſuſpenſus ſublicis [*omnin*

ſibus *u*) detinetur, pleriſqve tam mun-
: accipere hoſpites posſint. Ex alio la-
:ubiculum eſt politisſimum, deinde vel
I cubi-

ſis Sichardi] *aut* ſublicìis *Gru. qui & Tom. V. p. 276. ipſa Modii verba dabit. Jac. Sirmond. ad n deſcript. Burg. Pontii Leontii,* tubulatum *legi vult.* ulos *enim parietibus impreſſos, ut loqvitur Seneca, vapor emittitur.* Tubulus *etiam canna eſt, qvâ aqva ur, Varr. de re ruſt. c. 8. &* tubos viſcerum *dixit il. lib. II.* Ve. u) *Non ſollicitarem hanc lectio- per ſequentia ſtaret. Nam quâ ratione* mundos *vo- vorum* uſûs; *aut* hoſpites *potuiſſe* accipere *exiſti- us? Fortean per compendium ſcriptum* mſibus *fuit: ui non capiebant,* uſibus *poſteà reſcripſerant, cùm* us *aut* manſionibus *deberent. Nam* manſus & man- *n eſt, ut* habitatio & habitatus. *Vet. Gloſſæ:* οἴκησις, itio, habitatus, habitaculum. *Et paulò antè* [*lit. e.*] *ximus, quid* manere & manſio *latinis dicatur. Qua- rum alterutrum admittimus, omnia expedita erunt, a. Posſis tamen & ita:* Servorum libertorumqve detinetur, pleriſqve œcis [*vel* membris] tàm is, ut accipere hoſpites posſint. Membra *frequenter ur domûs partes, ſuppeditatq́ hæc ipſa epiſtola exem-* ecos *apud Vitruvium legimus: qui tamen huc nihil t. Apud Lucianum nunc* οἶκοι, *nunc* οἰκήματα *appellan- libet membra balinei. Cæterùm* οἴκημα *vetus Gloſſa-* Cellam *interpretatur. At vocant Latini frequenter , ubi ſervi morantur at cubant. Sic* Atrienſis cellam *vetonium Caligulâ: &* Oſtiarii cellam *apud Petro- legimus. Quo nomine tamen hîc uti Plinius noluit: on ad rationem cellarum hæ manſiones extructæ eſ- nguſtiùs ſcilicet ac parùm mundè; ſed in cubiculorum orum morem laxiùs ac elegantiùs. Quamquam neq́ la appellare voluit propter conditionem utentium: s appellavit fortè potiùs, quòd illud nominis nec diſ-*

cubiculum grande, vel modica cœnatio *x*), qvæ plurimo ſole, plurimo mari lucet. Poſt hanc cubiculum cum procœtone *y*), altitudine æſtivum, munimentis hybernum. Eſt enim ſubductum omnibus ventis. Huic cubiculo aliud & procœton *z*) communi pariete junguntur. Inde balinei cella frigidaria *a*) ſpatioſa & effuſa, cujus in contrariis parietibus duo baptiſteria *b*) velut ejecta ſinuantur *c*), abun-

conveniret ſervorum manſionibus, & honeſtioribus habitaculis etiam aptari poſſet. Bu. *Non usûs ſervorum Plinio* mundi *vocantur, nec* manſionibus, manſibus, œcis, membris *locus eſt. Sana ſunt omnia, neq; habent qvicqvam difficultatis, modò rectè accipiantur.* Plerisqve, *puta reliqvæ partis lateris hujus locis vel membris,* tàm mundis; *in qvo intelligitur participium verbi ſubſtantivi. Cùm dicit,* ſervorum libertorumqve uſibus detinentur, *ſignificat ibi eſſe cellas vel membra, in quibus illi cubent. Tùm,* plerisqve tàm mundis, *id eſt, & pleraq; eorum, qvæ ſervorum & libertorum uſibus detinentur, tàm munda ſunt, ut etiam hoſpites ingenuos eò collocare poſſis.* Gro. x) *locus ad cœnam ſumendam.* Cat. y) *Catanæi editio, cum* proceſtrio, *ut & eà antiqviores. Idem tamen Catanæus agnoſcit & alterum iſtud noſtrum; cui alludit Palatinus, in quo,* proceriore, *moxq; infrà [lit. ſeq.]* proceriori, *ubi vett. edd. rurſus,* proceſtrion, *Gru.* Proceſtrio, *qvo proceditur in muro. Ælius etiam referente Feſto ædificia eſſe dicit extrà portam. Artorius, quæ ſunt ante caſtra,* proceſtria *ſcripſit. Sunt qvi legant procœtone, i. e. antethalamo, quod ſatis congruè facit.* Cat.

z) & aliud proceriori †. *Vid. lit. præc.* a) *ubi aqvâ frigidâ, ſi pœnituiſſet teporis, lavabantur. Nam balinei cellæ tres erant,* caldaria, *ubi calida,* tepidaria, *ubi tepida,* frigidaria, *ubi frigida ſervabantur.* Cat. b) *lavacra. Sidonius:* ſi apricari mavis, baptiſterium piſcinæ connectitur ab Oriente. *Cat.* c) *tanqvam à pariete eminen-*

igitur, ſub qvâ diætæ *i*) duæ, toti-

I 2 dem

tur. Laudat ab artificio. Cat. d) ma-
edd. abundè capacia. Si juvare in pro-
djacet unctuarium hypocauſtum. *Gru.*
7. Sic & Lexica citant è Plinio. Ubi ſerva-
ui opportunum. Cat. *Lucianus* ἀλειπτήριον
nuit & unctuariæ cellæ *Dialogus Adr. Imp.*
erba vide apud Salmaſ. in Fl. Vopiſc. 29.
dâ interprete καμῖνι *caminum & furnum*
priè ubi carbones accenduntur ; qvod latinè
rnium. Cat. g) *non piſcandi ſed na-*
inarum luxuriam Seneca taxat : Pauper,
ur, niſi thaſius lapis, qvondam rarum in
lum templo, piſcinas noſtras circumde-
ä ſudatione corpora examinata demittei-
h) *locum putant à ludo ſphæræ, qvam pilam*
re : nam σφαιρίζειν *&* σφαιρομαχεῖν *eſt*
σφαιριστὴς, *qui pilâ ludere ſcit ; tametſi for-*
num, à rotunditate ædificii deductum videri:
ulos, pluraq; genera exercitationum capit :
è lib. V. epiſt. 6.] Cat. i) *Diæta locus*
iem verſari ſolebant, à verbo græco διαιτάω-

dem in ipsâ: præterea cœnatio *k*), qvæ lat
mum mare, longiſſimum littus, amœnisſi
villas proſpicit. Eſt & alia turris: in hac cub
lum, in qvo ſol naſcitur conditurqve: lata
apotheca & horreum. Sub hoc triclinium, c
turbati maris nonniſi fragorem & ſonum
tur, eumqve jam languidum ac deſinent
hortum & geſtationem *l*) videt qvâ hortus
cluditur. Geſtatio buxo aut rore marino,
deficit buxus, ambitur. Nam buxus qvâ p
defenditur tectis, abundè viret: aperto c
apertoq; vento, & qvanqvam longinqvâ aſ

g

vox tùm in hâc, tùm in 6. lib. V. Epiſtolâ ſatis freqvent gitur, ſemel & lib. VII. Ep. 5. Pro hâc zetam, *cùm ſic i latino ſuo codice, ac neſcio qvibus editionibus veteribus,* [*non in Aldinâ & Argentoratenſi, ut alias omittam,*] *re ſet, primus in ipſos Plinii textûs, pro* diætulâ *item li Ep. 6.* zeteculam *recepit Gruterus, ſic tamen, ut nonn* diætæ *quoque locum aliquem relictum ab eo reperias.* ... *inconſtantiam hinc in alias quasdam recentiores edi ſerpentem tollere placuit nobis, ubiq; autem* diætam *Plinio reddere cum Boxhornio, qvòd ſequiorem latini ſapere* zeta, [*perinde ut* zabulus *pro diabolo,*] *vide Nam quòd Voſſius III. de vit. ſerm. 56. p. 644. vocab hoc jam Plinii minoris temporibus uſurpatum ſcribit, vi unde eſſe dixerim, quàm quòd à Grutero, toties ad P num ſuum & veteres editiones provocante, vinci ſe eſt. Plura de* zetâ *invenies apud ipſum f. 573. Etym Marcell. Donat. diluc. p. 957.* k) *locus eminens tulus, quales ſæpiùs eſt videre in Genuenſium villis, ubi bum capiunt, & littus ac mare proſpectant.* Terratias *appellant, qvòd ſunt patenti cœlo & planæ, qvanqvam mo inſtar æqvatæ terræ.* Cat. l) Geſtationes, *lo ſtandis hominibus apta,* [*qvod ſanitatis causâ factitab*

a mari fruitur. Cingitur diætis *m)* dua-
ergo, qvarum feneſtris ſubjacet veſtibu-
læ, & hortus alius, pinguis *n)* & ruſticus.
ryptoporticus prope publici operis *o)* ex-
ur. Utrinqve feneſtræ, à mari plures, ab
ingulæ, & altius *p)* pauciores. Hæ, qvùm
s dies & immotus, omnes; qvùm hinc
e ventus inqvietus, qvà venti qvieſcunt,
juriâ patent. Ante cryptoporticum,
q) violis odoratus: teporem ſolis infuſi
uſſu cryptoporticus auget: *r)* qvæ ut te-

, *qvâ* cœnationes ambulationesq; *dicuntur*, Budæ.
prior. in Pand. *p. 30*:. m) zetis *Ita Pal. &*
. Gru. n) pingvior, *iidem codices.* Gru.
rurſus Pal. & editio vetus, [*cui addo Sichardi Baſi-*
] *recentior enim:* prope publici operis *inſtar* ex-
. *Gru. Tàm magnifica & ampla, ut ferè operibus*
ſit ſimilis: publica etiam ampliora, honeſtiora, ſum-

net ſolem, ſic aqvilonem inhibet ſubmov
qvantumqve caloris antè, tantum retro fr
ſimiliter *s*) Africum ſiſtit, atqve ita div
mos ventos alium alio à latere frangit &
Hæc jucunditas ejus hyeme; major æſtat
ante meridiem, xyſtum, poſt meridiem ge
nis *t*) hortiqve proximam partem uml
temperat: qvæ, ut dies crevit decrevitq
dò brevior, modò longior hàc vel illac cad
verò cryptoporticus tunc maximè care
qvùm ardentisſimus culmini ejus inſiſt
hoc patentibus feneſtris favonios accipit
mittitqve: nec unqvam aëre pigro & m
ingraveſcit *u*). In capite xyſti deincep
ptoporticus *x*), horti diæta *y*) eſt, amore
reverâ amores; ipſe poſui *z*). In hac h
minus *a*) qvidem, aliâ xyſtum, aliâ mare
qve ſolem, cubiculum autem valvis, c
porticum feneſtrâ proſpicit. Qva mare

lem. s) ſimiliterqve †. t) *Secutus ſum Modianos, [cum quibus & Sichardi editio facit:] in quippe plurali numero,* geſtationes. *Grut. quem & Lamp. p. 276. inſpice. Catanaus in textu* geſtation *gloſsâ* geſtationem *habet.* u) *gravior fit in h. bus: nam ubi aer ſilet, denſior & peſtilentior.* Cat. *pariter in capite crytoporticûs:* deinceps *enim ord notat.* Cat. y) zeta, *edd. vett. item Palat.*

z) amo enim, *inquit noſter infrà lib. V. ep. 6. ximâ* ex parte ipſe inchoavi, aut inchoata percol

a) *Heliocaminus ad verbum ſolaris fornax dic Eſt autem ſolare vaporarium in aprico loco ſitum ad*

ocorum totidem feneſtris & diſtinguit &
et d). Junctum eſt cubiculum noctis &
I 4 ſomni.

---

recipiendum, qvo antiqvi utebantur. Budæ. annot. in Pand. p. 302. *Noſtri vocant* ſolarium, *ut apud* m in mil. glor. Cat. *Erat autem* ſolarium *locus in* à parte ædium ſine tecto, ubi ſolebant apricari. Pareus laut. p. 1164. b) *Pal. & vett. edd. non agno-* llud qvà : *habebant autem* zeta, *loco* diæta *priùs vul-* iru. *Vulgata exemplaria correctorum vitio, qvia in* iſtolæ textu diætarum Zetarumqve *mentio crebra re-* hoc etiam in loco diætam *exhibent. Sed certa eſt ve-* lectio Zotheca. *Ex Plinii autem verbis non difficile eſt* ere, zothecas *propriè dictas ſecretiores æcos & habi-* ulas domûs cubiculis adjunctas, *in quibus Domini di-* ntur, privatisq; ſtudiis operam dabant, qualia ſunt,* lgò ſtudia aut Cabineta dicimus. Utitur hâc voce Si-* etiam l. VIII. epiſt. 16. & IX. ep. 11. extatq; in Tibur-* ſcriptione, quam Savaro protulit, & in hâc Reatinâ,* n hactenus editâ: TI. CLAUDIO AUG. L. FE- SCAPULANO D. III. Q. III QUINQUEN- INMUNI TRIPLICARIO BENE MEREN-*

ſomni. Non illud voces ſervulorum, non maris murmur, non tempeſtatum motus, non fulgurum lumen, ac ne diem qvidem ſentit, niſi feneſtris apertis. Tam alti abditiqve ſecreti illa ratio, qvòd interjacens andron *e*) parietem cubiculi hortiqve diſtinguit, atq; ita omnem ſonum mediâ inanitate conſumit. Applicitum eſt cubiculo hypocauſton perexiguum, qvod anguſtâ feneſtrâ *f*) ſuppoſitum calorem, ut ratio exigit, aut effundit aut retinet. Procœton deinde *g*) & cubiculum porrigitur in ſolem: qvem orientem ſtatim exceptum ultra meridiem, obliqvum qvidem, ſed tamen ſervat. In hanc ego diætam qvum me recipio, abeſſe mihi etiam à villâ meâ videor, magnamqve ejus voluptatem *h*) præcipuè Saturnalibus *i*) capio, qvum reliqva pars tecti licentiâ dierum *k*) feſtisq;

---

bat intueri? Cat. e) *Vitruvius ſcribit Græcos appellare* andronas *œcos, id eſt domos, ubi convivia virilia ſolent eſſe, quòd eò mulieres non accedant: quanquam jam dixiſſet: Græci meſaulas inter duas aulas poſitas nominant, eas noſtri andronas.* Cat. f) *ſpiraculo, unde ex hypocauſto calor in ſudatorium ingrediebatur.* Cat. g) inde †.

h) *Editio vetus & Pal. agnoſcunt:* voluptatèm ecce Saturnalibus præcipuè capio. *Gru.* i) *Saturnalibus, inquit Athenæus, libertate utebantur ſervi apud Romanos, quam conſuetudinem traxére à Græcis: nam Mercurialibus in Cretâ ſimile feſtum celebratur, referente Caryſtio, & diſcumbentibus ſervis domini miniſtrant. Servis autem conceſſa licentia, quòd Saturno rege nemo ſervitio vel libertate diſcriminabatur.* Cat. k) *Saturnalibus licebat ſervis ſumptis pileis non modò veſci cum dominis, ſed pares honores illis*

ſtisq; clamoribus perſonat. Nam nec ipſe meorum luſibus, nec illi ſtudiis meis obſtrepunt. Hæc utilitas, hæc amœnitas deficitur aqvâ ſalienti, ſed puteos, ac potius fontes *l*), habet: ſunt enim in ſummo. Et omnino littoris illius mira natura: qvocunq; loco moveris humum, obvius & paratus humor occurrit, isqve ſincerus, ac ne leviter qvidem tantâ maris vicinitate ſalſus *m*). Suggerunt affatim ligna proximæ ſylvæ: cæteras copias *n*) Oſtienſis *o*) Colonia miniſtrat. Frugi qvidem homini ſufficit etiam vicus, qvem una villa *p*) diſcernit: in hoc balinea meritoria tria. Magna commoditas, ſi fortè ba-

I 5 line-

---

in domo gerere, jus dicere, & omni ludorum genere remitti. Cujus rei veſtigia in aliquibus Italiæ oppidis publicè adhuc reſtant poſt natalem redemptoris noſtri. Cat. l) *Cur fontes potiùs vocare debeat, mox ſubjicit, cùm ait*; ſunt enim in ſummo. *Hoc enim* fons *à* puteo *differt, quòd hic in imo, & ille in ſummo ſit, Ulpian. L. I. §. VI. D. de aquâ cottidianâ & æſtivâ*; Sunt qvædam aqvæ, qvæ etſi perennes ſunt, duci tamen non poſſunt: ut puta puteales, & qvæ ita ſubmenſæ ſunt, ut defluere extrà terram non posſint. *Columella carm. de horto*:

Aut fons illacrimet puteinon ſede profundâ,
Ne gravis hauſturis tendentibus ilia rumpat. *Bu.*

m) *Aldina, Argentinenſis, Baſileenſes,* corruptus.

n) *res ad degendam commodè vitam proficuas. Lactant. c. ult. de irâ Dei*; Si Deum cogites, ille nos innumerabilibus copiis alit. o) *Oſtiam coloniam maritimis commeatibus opportunam à Septentrionali parte ad oſtium Tiberis Ancus Martius Romanorum Rex deduxit, teſtimonio Corn. Nepotis, Plinii avunculi, & Stephani.* Cat. p) *me-*

lineum domi *q*) vel ſubitus adventus, vel
vior mora calefacere diſſuadeat. Littus o
varietate gratisſimâ, nunc continua, nu
termiſſa tecta villarum, qvæ præſtant mult
urbium faciem, ſive ipſo mari, ſive ipſo l
utare: qvod nonnunqvam longa tranqv
mollit, ſæpius freqvens & contrarius fluct
durat. Mare non ſanè pretioſis piſcibus a
dat: ſoleas tamen & ſqvillas optimas ſug
Villa verò noſtra etiam mediterraneas *r*) c
præſtat, lac inprimis: nam illuc è paſcuis
ra conveniunt, ſi qvando aqvam umbr
ſectantur. Juſtisne de cauſis eum tibi vide
colere, inhabitare, diligere ſeceſſum? qv
nimis urbanus *s*) es, niſi concupiſcis: a
utinam concupiſcas! ut tot tantisqve dc
villulæ noſtræ maxima commendatio e
contubernio accedat. Vale.

18. CAJUS PLINIUS MAURI-
co *t*) ſuo S.

Pollicetur Maurico, qvùm omnes rhetor diverit, ſe reſcripturum ad qvem mittat filios.

QVid à te jucundius mihi potuit in
qvàm ut præceptorem fratris tui l

dia inter Laurentinum meum & Vicum. Car.
mini † *ut conſtruatur cum*, adventus. r) *qu*
provenire in locis mediterraneis. Car. s) *am*
bis. Car.

EP. *18.* t) *Invenio non* Maurico, *ſed* Mario,
busdam etiam codicibus Martio *inſcriptam epiſtolam*

m? Nam beneficio tuo in ſcholam re-
lam dulciſſimam ætatem qvaſi reſumo.
ter juvenes, ut ſolebam : atqve etiam
, qvantum apud illos auctoritatis ex
abeam. Nam proximè freqventi audi-
ter ſe coràm multis ordinis noſtri *u*)
abantur *x*) : intravi, conticuerunt.
on referrem, niſi ad illorum magis lau-
àm ad meam pertineret; ac niſi ſpera-
em, poſſe fratris tui filios probè diſcere.
pereſt, qvùm omnes, qvi profitentur,
qvid de qvoqve *y*) ſentiam, ſcribam:
qve, qvantum tamen epiſtolâ conſeqvi
it ipſe omnes audiſſe videaris. Debeo
i, debeo memoriæ *z*) fratris tui hanc
hoc ſtudium, præſertim ſuper tantâ re.
id magis intereſt veſtrâ, qvàm ut liberi
m tui, niſi nunc illos magis amares]
patre, te patruo reperiantur? Qvam
ihi etiam ſi non mandaſſes, vindicaſ-
c ignoro SUSCIPIENDAS offen-
ſas

embranæ à Modio [*vid. Tom. V. Lamp. Grut. p.*
ſſæ. Priùs editæ : multi noſtri ordinis. *Gru.*
hoc prætereà in Pal. & vet. ed. nam neotericæ :
ur. *Gru.* *y*) *Sic Pal. & vet. ed. Recentiſſi-*
de illis qvoqve ſentiam *&c. quod ne quidem in.*
ru. *z*) *quia tunc defunctus erat. Sic enim,*
ſolebant fari. Apulejus, cum fratre optimæ me-
, *dixit. Eſt adhuc videre in epitaphiis antiquo-*
id eſt beatæ memoriæ : *quem dicendi modum.*
mortuis vulgò uſurpamus. Cat.

ſas in eligendo præceptore: ſed oportet modò offenſas, verùm etiam ſimulta fratris tui filiis tam æqvo animo ſubir parentes pro ſuis. Vale.

19. CAJUS PLINIUS CEREA li ſuo S.

Cereali petenti ut qvandam orationem ret, multas cauſas proponit, qvibus deſiſte at: poſtremò tamen aſſerit ſe judicium eji turum.

HOrtaris ut orationem amicis pluril tem. Faciam, qvia hortaris: qvan hementer addubitem. Neqve enim m rit, actiones qvæ recitantur, impetum caloremqve, ac propè nomen ſuum pe qvas ſoleant commendare ſimul & ac judicium conſeſſus, celebritas advocato pectatio eventus, fama non unius acto ductumqve in partes audientium ſtud hoc, dicentis geſtus *b*), inceſſus *c*);

EP. 19. a) Actor *eſt, qui agit cauſam*, ſ *am, & ſimilia. Varro putat*, actorem *tantùm d quid agit motu corporis. Poteſt enim aliquis* fa *agere, ut poëta comœdiam*; & agere *non facere dus tragœdiam.* Cat. b) *Oratoris motus.* *Actio in duas partes dividitur, in vocem & geſtum los, illa aures movet: per quos duos ſenſus om mam penetrat affectus.* Cat. c) *M. Tullius actione inceſſum, neq. admodùm longum proba*

s adjumenta, oculi f), manus g) præ-
tur h): qvo minus mirum eſt, ſi audito-
tentio relangueſcit, nullis extrinſecus
ndimentis capta aut aculeis excitata. His
, qvòd oratio de qvâ loqvor, pugnax &
tioſa eſt. Porrò ita natura comparatum
eſt,

---

dò ſit brevis & moderatus, aliàs improbandus. Qua-
r Virginium Flavium interrogâſſe quendam ſuum
ſtam, in actione frequenter diſcurrentem, quot mil-
m declamaſſet? Cat. e) *vox, caput, vultus,*
rcilia, & reliquæ corporis partes; geſtus etiam
: non autem inceſſus & diſcurſus. Cat. f) *de*
. [*cap. 3.*] *Fabius:* Sed in ipſo vultu plurimùm
culi, per qvos maximè animus emanat, ut cirrà
& hilaritate eniteſcant, & triſtitiæ qvoddam nu-
ucant. Qvin etiam lacrymas iis natura mentis
dedit, qvæ aut erumpunt dolore, aut lætitiâ ma-
otu verò intenti, remiſſi, ſuperbi, torvi, mites,
unt. *Cat.* g) ſine qvibus trunca eſſet actio ac
Vix dici poteſt, qvot motûs habeant, cùm pene
rborum copiam proſeqvantur. Nam cæteræ par-
entem adjuvant, hæ[prope eſt ut dicam] ipſæ

eſt, ut ea qvæ ſcripſimus cum labore, etiam cum labore audiri putemus. Et ſanè qvotusqvisqve tam rectus auditor, qvem non potiùs dulcia hæc & ſonantia, qvàm auſtera & preſſa, delectent? Eſt qvidem omninò turpis iſta discordia: eſt tamen; qvòd *i*) plerunqve evenit, ut aliud auditores, aliud judices exigant: qvùm alioqvi præcipuè auditor iis affici debeat, qvibus idem, ſi foret judex, maximè permoveretur. Poteſt tamen fieri, ut qvanqvam in his difficultatibus, libro iſti novitas lenocinetur; novitas apud noſtros: apud Græcos enim eſt qviddam, qvamvis ex diverſo, non tamen omninò disſimile. Nam ut illis erat moris, leges, qvas ut contrarias prioribus legibus arguebant, aliarum collatione convincere: ita nobis, ineſſe repetundarum legi *k*), qvod poſtularemus, cùm hac ipſa lege, tùm aliis colligendum fuit *l*). Qvod neqvaqvam blandum auribus imperitorum, tantò majorem apud doctos habere gratiam debet, qvantò minorem apud indoctos habet. Nos autem, ſi placuerit recitare, adhibituri ſumus eruditisſimum qvemqve. Sed planè adhuc, an ſit recitandum, examina tecum, omnesqve, qvos ego movi *m*) in

prior. ad Pand. p. 164. i) qvia. †. k) *Palat. & Vet. ed.* ita nobis eſſe repetundarum lege qvod. *Gru.*

l) *Videtur iſta fuiſſe oratio, quâ Marium Priſcum accuſarit* [*repetundarum, vide epiſt. 11. hujus libri.*] Cat.

m) *Aliàs legebatur*, novi. *Sed* movi *eſt in Aldinâ & Ar-*

traqve parte, calculos pone, idqve elige, in viceritratio. A te enim ratio exigetur, nos ıſabit obſeqvium. Vale.

CAJUS PLINIUS CALVIſio ſuo S.

'alviſium contubernalem ſuum tribus de Mar- egulo fabellis delectat, latenter tempora ſua ans, qvibus mali multò majora, qvàm præmia ſeqvebantur.

Sſem para, & accipe auream fabulam; fabu- .las immò: nam me priorum nova admo- t: nec refert, à qvâ potisſimum incipiam. ania Piſonis *n*) graviter jacebat, [hujus di- Piſonis, qvem Galba adoptavit *o*):] ad c Regulus venit. Primùm impudentiam nis, qvi venerit ad ægram, cujus marito inimi-

---

r. Atq; hoc etiam ultrò placuit Caſaubono, qui ratio- addit. Suprà enim, inquit, diſputavit in utramq; par- , & dubitandi rationes protulit. Juvat, quod idem au- libro III. motûs conſilii, *pro cauſis & rationibus con- lixit, epiſt. 4. [ſub fin.] Quod conjecerat ſagacisſimus ubonus, confirmari non ſolum à Pal. ſed & à vet. edi- jam nunc teſtor.* Gru.

P. 20. n) *uxor, quæ maritum poſt cædem compo- quæſito capite, quod venale interfectores ſervaverant. t. [lib. I. Hiſtor.]* Cat. o) *Imperator Galba, cùm naniæ legiones duce Aulo Vitellio defeciſſent, ſe verò non propter ſenectutem, quàm orbitatem deſpici intellige- .. Piſonem Frugi Licinianum, egregium juvenem, gene- n, mitem, prudentem adoptavit. Cujus adoptationem lbâ ſecretò habitam cùm in caſtra protuliſſet, milites*

inimicisſimus *p*), ipſi inviſisſimus fuerat.
ſi venit tantùm: at ille etiam proximus
ſedit, qvo die, qvâ horâ nata eſſet, interr
Ubi audivit, componit vultum, intendit
los, movet labra, agitat digitos *q*), compu
hil, niſi ut diu miſeram expectatione ſi
dat *r*). *Habes* [inqvit] *climaéericum tem*
ſed evades. Qvod ut tibi magis liqveat,
cem conſulam, qvem ſum freqventer ex
Nec mora, ſacrificium facit, affirmat ext
ſiderum ſignificatione congruere. Illa, ut
riculo credula, poſcit codicillos, legatum
gulo ſcribit; mox ingraveſcit *u*); clamat
ens: *O hominem neqvam, perfidum, ac plu*
qvàm perjurum! qvi ſibi per ſalutem fili
raſſet *x*). Facit hoc Regulus non minùs

nullo donativo dignati ægrè tulerunt. Quod indignat
ni, quia non ſe adoptaſſet, materiam præbuit deficie
poſteà in veſtibulo Veſtæ ab Othonianis militibus int
ſexto poſt adoptionem die. Hanc rem copioſiùs tra
citus, Tranquillus, Plutarchus, Dio. Cat. p)
rque: neq; minùs poſt mortem Galbæ: nam Mont
gulo objicit, Piſonis mortui caput morſu appetitum.
q) *Manum adhibebant ſupputationibus: quod ſ*
apertis & porrectis, aut conſtrictis & complicati
Grut. I. ſuſpic. 8. r) computat nihil, diu mi
expectatione ſuſpendit. †. s) *h. e. periculo ſiſſ*
maximè perniciosum, ſive annus ille fuerit ſexageſi
tius, ſive 49. ſive 42. ſive quicunq; alius climaéericus
ſeptenariis maximè conficitur. Phil. Beroald. ann
Grut. I. Lamp. Crit. p. 220. t) *hæreditatis*
Cat. u) *magis premitur morbo.* Cat. x)
um feciſſet jurando per ſalutem filii ſui, Venniam

modo ſpiritum homini prorogarent.
am ſignatum eſt teſtamentum, mutat
am, vertit alloqvutionem, iisdemqve
s, *Qvousq; miſerum cruciatis? qvid invi-*
nam mortem b), *cui dare vitam non pote-*
oritur Blæſus: &, tanqvam omnia audiſ-
gulo ne tantulum qvidem. Sufficiunt duæ
. An ſcholaſticâ lege tertiam poſcis? Eſt

---

y *Cujus ingenium Martialis epigrammate pro-*
, & Secundus non vituperat lib. IV. [epiſt 2.] ubi
tum refert. Cat z) *teſtando retorquet.* Cat.
diderim hunc eſſe Blæſum, quem Martialis lib. VIII.
rem ſcribens nominat, etſi ſciam Pedium Blæſum
à Nerone Senatu motum, Cyrenenſibus accuſanti-
latum ab eo theſaurum Æſculapii, delectumq; mili-
etio & ambitione corruptum, cui poſteà ab Othone
atorius reſtitutus. Cat. b) *Malè ii, qui dubi-*
ac lectione, oſtentantq;, bona mortis. *Nam & Ma-*
ud Senecam lib. I. controv. 3. Qvid autem habet
od Deos roget, qvàm bonam mortem? *Sic infrà*
Epiſt. 18. Poteſtis efficere, ut male moriar, ne mo-

unde fiat. Aurelia *c*), ornata fœmina, ſig
ra teſtamentum, ſumpſerat pulcherrimas
cas: Regulus, qvùm veniſſet ad ſignanc
Rogo [inqvit] *has mihi leges.* Aurelia lu
hominem putabat; ille ſeriò inſtabat. Ne
ta: coëgit mulierem aperire tabulas, ac ſ
nicas, qvas erat induta, legare; obſervavi
bentem, inſpexit an ſcripſiſſet. Et Aureli
dem vivit, ille tamen iſtud tanqvam mori
coëgit: & hic hæreditates *d*), hic legata,
mereatur, accipit. *Ἀλλὰ τί διατείνομαι* ἐ
civitate, in qvâ jam pridem non minor
mia, immò majora, neqvitia & impr
qvàm pudor & virtus habent? Aſpice Reg
qvi ex paupere & tenui ad tantas opes pe
tia proceſſit, ut ipſe mihi dixerit qvùm c
leret, qvàm citò ſeſtertium ſexcenties im

qvuntur: Dixeram vobis, inventuram me qvar
duram ad mortem viam, ſi vos facilem negaſſetis

c) *Duas lego Aurelias per illa tempora;* Aurelian
ſallinam, *Clodium Albinum, qui poſteà imperavit,* e
alteram Aureliam *divitem & orbam, de quâ Juv*
Qvod captator emat Lenas, Aurelia vendat. *Poſt*
Secundus intelligit. Cat. d) *totum patrimonium*
hæreditas *eſt tanquam genus, cui* legatum *ſpecie*
Major enim res eſt hæreditas, quàm legatum. Cat.
qvid efficere contendo? *Quidam* [Catanæus] *in*
Qvid extendo ſermonem, & plura dico, qvàm o
Sed obſtant duo, quò minus ita poſſimus interpretari. P
quòd ἐκτείνεσθαι *in hâc ſignificatione dicatur, non* δ
θαι. *Deinde, quòd non ſubjungatur,* de eâ civitate
eâ civitate, *quùm tamen dicatur* ἐκτείνεσθαι ὑπὲρ τ

...ωω;i. e. de re aliquâ. St. f) *Priſcæ ſuperſtitionis*
...atio boni ominis indicium putabat, ſi jocinora duplicia,
...licata in extis apparuiſſent: ut contrà triſte oſtentum,
...ent. Plinius Hiſt. nat. lib. XI. c.37. Divo Auguſto
...i ſacrificanti primo poteſtatis ſuæ die ſex victima-
...cinora replicata intrinſecus ab imâ fibrâ reperta
... reſponſumqve duplicaturum intrà annum impe-
...Hujus rei ignorantia elegantem Plinii Secundi locum
...avit. Lindenbr. obſerv. ad Lib. XXII. Ammian.
...ll. p. 105. *Etenim noviſſimæ aliquot editiones* [*& in*
...am Henrici Stephani,] inveniſſe ſexta duplicata, *pu-*
...ſphalmate. Gru. *Verum lectionem* exta *non modò*
...veteresq; editiones aliæ agnoſcunt, ſed exponit quoq;
...non inſcitè Cataneus. g) *Legitur etiam* du-
plicia. Cat. h) *L.* modò diu. *Ba.*

C. PLINII CÆCILII SECUNDI EPISTOLARUM LIBER TERTIUS.

I. CAJUS PLINIUS CALviſio ſuo S.

Tertium epiſtolarum librum ad Calviſium contubernalem ſuum inchoans, Veſtricii Spurinnæ & vitam & mores brevibus explicat, ſpondetq́ue, qvùm primùm ad ſenium pervenerit, ſe uſurum eo vitæ genere.

NEſcio an ullum jucundius tempus exegerim, qvàm qvo nuper apud Spurinnam fui; adeò qvidem, ut neminem magis in ſenectute, [ſi modò ſeneſcere datum eſt,] æmulari velim. Nihil eſt enim illo vitæ genere diſtinctius: me autem UT CERTUS ſyderum curſus, ita vita hominum diſpoſita delectat, ſenum præſertim. Nam juvenes adhuc confuſa qvædam & qvaſi conturbata non indecent: ſenibus placida omnia & ordinata conveniunt, qvibus induſtria ſera *a*), turpis ambitio eſt. Hanc

EP. I. a) *Significat, vix poſſe turpiſſima ambitionis culpam deprecari ſenes, ſi in negotiis ut viri maneant, & ex induſtriâ, quâ in gerendis negotiis opus, quærant laudem. Bu-*

iec minùs animum qvàm corpus exercet.
int amici; honeſtisſimi ſermones expli-
r e) : ſi non, liber legitur : interdum et-
ræſentibus amicis, ſi tamen illi non gra-
r f). Deinde conſidet, & liber rurſus, aut
libro potior : mox vehiculum aſcendit :
it uxorem ſingularis exempli, vel aliqvem
irum, ut me proximè. Qvàm pulchrum
qvàm dulce ſecretum! qvantum ibi anti-
is! qvæ facta, qvos viros audias, qvibus
ptis imbuare! qvamvis ille hoc tempera-
um modeſtiæ ſuæ indixerit, ne præcipere
tur. Peractis ſeptem millibus paſſuum, ite-
mbulat mille, iterum reſidet, vel ſe cubi-
ac ſtylo reddit. Scribit enim, & qvidem
ve linguâ, lyrica doctisſimè. Mira illis dul-

 cedo,

ſa vox. L. ſeria. Ba. b) notæ parentheſeos, quæ aliquam afferunt, à Caſaubono ſunt : nam vetuſtiores

cedo, mira ſuavitas, mira hilaritas: cujus g
tiam cumulat ſanctitas ſcribentis. Ubi ho
balinei nuntiata eſt, [eſt autem hyeme no
æſtate octava,] in ſole, ſi caret vento, ambu
nudus. Deinde movetur pilâ vehemente
diu: nam hoc qvoqve exercitationis generè p
gnat cum ſenectute *g*). Lotus accubat, & pa
liſper cibum differt: interim audit legent
remisſius aliqvid & dulcius. Per hoc om
tempus liberum eſt amicis vel eadem agere
alia, ſi malint. Apponitur cœna non mi
nitida qvàm frugi, in argento puro & antiq
Sunt in uſu & Corinthia *h*), qvibus delectat

agimus, reſpicere oportet, amicos præcipuè, atque caveri offendamus aut moleſti ſimus. Qvod parum habere penſi, imperiti ac ruſtici aut arrogantis ac ſuperbi eſt. Ita Alex der Severus librum in menſâ ſolebat qvidem legere, ſed niſi cùm privatim, hoc eſt, inter ſuos conviviaretur, quod La pridius notat. Contrà fecit Sextius, de quo Catullus queri Epigr. 41. Sed & Martialis neſcio quem eodem nomine a reprehendit. Bu. g) *Pilæ luſum parum ſeni oppo num, juvenum proprium eſſe primâ fronte videbitur cui Sic Apollinaris lib. V. epiſt 17. de Filimatio ſene:*

Auſus & ipſe manu juvenum tentare laborem
Sphæriſtarum ſe turmalibus conſtanter immiſcuit.

rùm enimverò ſæpiùs pilâ ſenes etiam exercitati. Clarè i cat illud Martialis lib. XIV. epig. 47.

Ite procul juvenes, mitis mihi convenit ætas:
Folle decet pueros ludere, folle ſenes.

Et Spurinna apud Plinium Juniorem. Gonſal. Comm ad Petron. p. 95. h) *Anno 607. ab Urbe conditâ mius captâ Corintho, nobili civitate, in Iſthmo Græciæ urbem incendit. Eâque flagrante caſu factum eſt, ut auri*

ſenectute prudentia. Hanc ego vitam vo- cogitatione præſumo, ingreſſurus avidis-, ut primùm ratio ætatis receptui canere niſerit. Interim mille laboribus conteror, ium mihi & ſolatium & exemplum eſt idem inna. Nam ille qvoqve, qvoad honeſtum obijt officia, gesſit magiſtratus, provincias exit, multoqve labore hoc otium meruit.

tum & æs liqueſacta miſcerentur. Ac cùm pulchra vi- ur mixtura iſta poſt incendium inventa, fuſa inde fue- vaſa & candelabra affabrè ſculpta. Eaq; Corinthia dice- r vaſa, eò, quòd mixtura iſta Corinthi primùm eſſet ad- ta. Pancirol. I. memorab. p. 230. *Super ære tamen thio, quænam illius origo fuerit, varia fuiſſe ab antiquis a Muretus obſervat III. Var. Lect. 5.* i) & affici-. k) *Cœna occupat aliquam noctis partem etiam* ate. Cat. l) *Dicit Spurinnam ſenem nihil ſenile e præter prudentiam: quippe cui poſt ſeptimum & ageſimum annum aurium oculorumq; vigor integer, q; & vividum corpus duret, ut paulò antè dixerat. Quæ a aut juventutis aut virilitatis ſunt; ſenilem certè æta-*

Igitur eundem mihi curſum, eundem termi
num ſtatuo, idqve jam nunc apud te ſubſigno
ut, ſi me longiùs evehi videris, in jus voces a
hanc epiſtolam meam, & qvieſcere jube
qvùm inertiæ crimen effugero *n*). Vale.

2. CAJUS PLINIUS MAXIMO *o*) ſuo S.

*Gavium Maximum precatur, ut aliqvid di-
gnitatis Arriano Maturio inopinanti conferre ve-
lit: qvod ut libentiùs faciat, qvantâ ſit cum il
devinctus amicitiâ, brevibus tangit,*

QVod ipſe amicis tuis obtuliſſem ſi mihi ea-
dem materia ſuppeteret, id nunc jure vi-
deor à te meis petiturus. Arrianus Maturius *p*)
Altinatium *q*) eſt princeps. Qvùm dico prin-
ceps, non de facultatibus loqvor, qvæ illi larg
ſuperſunt, ſed de caſtitate, juſtitiâ, gravitate
prudentiâ. Hujus ego conſilio, in negotiis, ju-
dicio, in ſtudiis utor: nam plurimum fide, plu-
rimum

*cùm in imperio eſſet, ſtrenuè tutatus eſt Placentiam, poſtea
miſſus à Trajano in Germaniam adverſùs Bructeros, popul
eos ſolo terrore domuit.* Cat. n) *cùm jure non poteſ
accuſari inertiæ, quòd ideò deſiſtam à cauſis agendis: cùm
explevero ſexageſimum annum; tunc enim licebat ab offici
vacare.* Cat. *qui huc affert inter alia ſimilem quoq; ut puta
noſtri locum è lib. IV. Ep. 23. De quo ad eam lit. Z. vide
bimus.*

¶ *EP. 2.* o) *Catanæi editio:* Gavio Maximo. p) Ma
turus †. q) *Altinum oppidum Venetiæ in palude ſimi
lem Ravennæ ſitum habens, ab Attilâ dirutum ſeu incenſum

rimum veritate, plurimum intelligentiâ præſtat. Amat me [nihil poſſum ardentius dicere] ut tu. Caret ambitu: ideò ſe in eqveſtri gradu r) tenuit s), qvùm facilè poſſet aſcendere altisſimum. Mihi tamen ornandus excolendusqve eſt. Itaqve magni æſtimo dignitati ejus aliqvid adſtruere inopinantis, neſcientis, immò etiam fortaſſe nolentis: adſtruere autem qvod ſit ſplendidum nec moleſtum. Cujus generis qvæ prima occaſio tibi, conferas in eum rogo. Habebis me, habebis ipſum gratisſimum debitorem. Qvamvis enim iſta non appetat, tam gratè tamen excipit, qvàm ſi concupiſcat. Vale.

3. CAJUS PLINIUS CORELliæ Hiſpullæ S.

Corellia Hiſpulla, Corellio & Hiſpullâ genita, adoleſcentem filium domi erudiebat. Secundus olim Corellio patri amiciſſimus eam monet, jam rhetori excolendum tradere, Julium Genitorem inter cæteros profeſſores unicè probans.

QVùm patrem tuum, gravisſimum & ſanctisſimum virum, ſuſpexerim magis an amaverim dubitem, teqve in memoriam ejus &

Ejus lanæ tertium inter Italas locum obtinent ex Martialis diſticho: Velleribus primis Appulia, Parma ſecundis Nobilis, Altinum tertia laudat ovis. *Cat.* r) *cui conceſſum lege Rosciâ in quarto decimo theatri gradu ſedere.* Cat. s) *ad exemplum Mecœnatis.* Cat.

in honorem *t*) tuum unicè diligam: cu
neceſſe eſt, [atqve etiam, qvantum in me
rit, enitar,] ut filius tuus avo ſimilis ex
Eqvidem malo materno: qvanqvam illi p
nus etiam clarus ſpectatusqve contigerit
ter qvoqve & patruus illuſtri laude conſp
Qvibus omnibus ita demum ſimilis adol
ſi imbutus honeſtis artibus fuerit, qvas p
mum refert à qvo potisſimum accipiat. A
illum pueritiæ ratio intra contubernium
tenuit; præceptores domi habuit, ubi e
erroribus modica, vel etiam nulla materia
ſtudia ejus extra limen proferenda ſunt,
circumſpiciendus rhetor Latinus, cujus
læ ſeveritas, pudor inprimis, caſtitas, co
Adeſt enim adoleſcenti noſtro cum cæteri
turæ fortunæqve dotibus eximia corporis
chritudo: cui in hoc lubrico ætatis non p
ptor modò, ſed cuſtos etiam rectorqve qv
dus eſt. Videor ego demonſtrare tibi po
lium Genitorem *u*). Amatur à me: judic
men meo non obſtat charitas hominis, q
judicio nata eſt. Vir eſt emendatus & g
paulò etiam horridior & durior *x*), ut in l
centiâ temporum. Qvantum eloqventiâ
pluribus credere potes: nam DICE
FACULTAS aperta & expoſita ſtatin
nitur. Vita hominum altos receſſûs mag

EP. 3. t) & honorem †. u) *ad quem*
cundus, [*Epiſt. 11. hujus libri.*] Cat. x) *ſeveri*

[illegible] nomina & qvanta ſu-
[illegible] ſurentibus Diis, trade eum
[illegible], à qvo mores primum, mox elo-
[illegible]am diſcat, QVÆ MALE ſine mori-
ſcitur. Vale.

CAJUS PLINIUS MACRI-
no ſuo S.

*[illegible]trino familiariter utebatur Secundus: te-
[illegible] multæ ad eundem epiſtolæ. Huic igitur ex-
[illegible] cauſas, quibus advocationem pro Bæticis
Cæcilium Claſſicum ſumpſiſſet, & poſt fa-
[illegible]nſulit, an rectè fecerit.*

Qvam-

[illegible] ad cœnam, quamvis lautiſſimam, tamen gravatus [illegible] ſcurræ, cinædi, moriones menſæ inerrabant. Cat.
[illegible]onſor *eſt, ut rectè Accurſius exiſtimavit, qui ſponte [illegible]ogatus pro alio promittit: quod & ex Verrio Feſtus [illegible] Hinc ſponſores dicebantur, qui pro candidatis pro-*

QVamvis & amici, qvos præſentes hal
bam,& ſermones hominum factum me
comprobaſſe videantur: magni tamen æſti
ſcire, qvid ſentias tu. Nam cujus integrâ
conſilium exqvirere optaſſem, hujus etiam
actâ judicium noſſe mirè concupiſco. Q
o II. de divin. p. 111. qvæ enim præſentiri aut arte, aut
ne, aut uſu, aut conjectura poſſunt, ea non *divinis*
enda putas ſed peritis. u) *Pal. & edd. vett* per
m acceptum dictitant; *ut videatur illud* acceptum

qvam feliciſſimus fieret *n*). Ego in Tuſcis & ve
nor & ſtudeo, qvæ interdum alternis, inter
dum *o*) ſimul *p*) facio: nec tamen adhuc poſ
ſum pronuntiare, utrum ſit difficilius, capere
aliqvid an ſcribere. Vale.

19. CAJUS PLINIUS PAULLINO ſuo S.

*Petit ut Paulinus villam ſuam commodet liber
to Zoſimo, donec curatus ſit à tuſſi, qvam recitand
contraxerat, & inde ſangvinem evomuerat.*

VIdeo qvàm molliter tuos habeas: qvò ſim
plicius tibi confitebor qvâ indulgenti
meos tractem. Eſt mihi ſemper in animo & Ho
mericum illud πατὴρ δ' ὣς ἤπιος ἦεν *q*), & ho
noſtrum, *paterfamilias* r). Qvòd ſi eſſem natur
aſperior & durior, frangeret me tamen infirmi
ta

*ſuum diſpoſuerat, quanquam Apollonius ei prædixiſſet, omni
nò imperaturum.* Cat. n) *vult oſtendere vitam Ner
privati fuiſſe beatiorem, quàm poſtquam princeps eſt crea
tus.* Cat. o) *ita Sichardina. Aliæ:* & interdum.

p) *eodem tempore ad Tacitum ſcripſit* [*I. ep. 6.*] *ſe cepiſ
tres apros, & inter venandum plura ſcripſiſſe.* Cat.

EP. 19. q) ut pater erat mitis, *vel*, mitis erat ut
pater. *Hemiſtichium illud in aliquot Homeri locis extat
[è II. & V. Odyſſeæ citat Catanæus] Sed invenitur in quo
dam exemplari:* ἠχυερὸς δὲ πατὴρ ὣς ἤπιος ἦεν, *quæ ſun
ex Iliad. ω. ſed legitur ibi* αἰεὶ *non* ἦεν. St. r) *Quem
Græci vocant* οἰκοδεσπότην, *h. e.* dominum domus, *hun
Latini* patremfamilias, *pleniſſimo humanitatis vocabulo
ſiquidem durum eſt imperium* domini, *lene* patris. *Quare &*
dominum *opponebant* patri, *quod Heraldus obſervat Comm.*

liberti mei Zoſimi *s*): cui tanto major huma-
as exhibenda eſt, qvanto nunc illâ magis e-
t). Eſt homo probus, officioſus, literatus, &
qvidem ej9, & qvaſi inſcriptio *u*), comœdus,
in

polog. Tertull. c. 34. p. 130. Hoc ergò vult Plinius, ſe vim ni vocabuli exputantem ſervis etiam ſeu famulis, [*nam rimùm* familiæ *nomine veniunt*,] patrem *ſe exhibere. oſitè Macrobius I. Saturnal. 11.* [*è Senec. Epiſt. 47.*] No- majores omnem dominis invidiam, omnem ſervis tumeliam detrahentes, dominum *patremſamilias*, ſer- *familiares* appellarunt. *Lactant. lib. IV. c. 3.* Nec im- itò *paterſamilias* dicitur, licet tantùm filios habeat. elicet nomen *patris* complectitur etiam ſervos, qvia *ilias* ſeqvitur; & nomen *familiæ* complectitur etiam s, qvia *pater* antecedit. Unde apparet, eundem ipſum atrem eſſe ſervorum, & dominum filiorum. *Tertull. loget. c. 34.* Gratius nomen eſt pietatis, qvàm poteſta- etiam *familiæ* magis *patres*, qvàm *domini* vocantur.

) *Ejus memoria adhuc Comi extat in templo divi An- e tribus verbis notata: ZOSIMUS CONJUGI IN- MPARABILI. Pariter Veronæ legimus* Zoſimum iatium *extantem in curru triumphali.* Zoſimum Alex- rinum *& philoſophum, & alium* Gazæum *ſive Aſcaloni- declamatorem recitat Suidas. Ad* Zoſimum primatem *ſit in epiſtolis Æneas rhetor.* Cat. t) *Palat.* qvanto c utilior humanitas jam agi ſe: & homo *&c. Me- anenſis editio*, qvanto nunc utilior humanitas ægro- i. [*Sichardina*, ægroto.] *Aliam lectionem promit quoq; anæus:* [qvantò nunc major venit debilitas, jam an- r homo probus.] *Sed nulla melior vulgatâ.* Gru. *Al- :* qvanto illâ magis eget, homo probus *&c.* u) *ti- s: cujusmodi in mercibus & aliis rebus, quarum notitia ſcriptione capienda ſit, fieri amat.* Bu. *Nam venales ſcriptis monſtrabantur, in quâ præſtarent arte.* Cat.

ſteria præſtaret. Accedit huc longa
hominis,qvam ipſa pericula auxer
à naturâ comparatum, ut NIHI
amorem incitet & accendat qvàm
tus, qvem ego pro hoc non ſemel p
antè aliqvot annos, dum intentè i
pronunciat,ſangvinem rejecit, atq
Ægyptum z) miſſus à me, poſt long

x) *id eſt, multum poteſt, plurimum valet.*
diverſam lectionem habebant in Poeſi *legend*
tionis numeris. Plinius hîc & orationes *&*
alio tono, alioq; ingenio lectas innuit. Et vid
præcepta ſua peculiaria habuiſſe, cujus totius
nobis ſupereſt ignorantia. Ita peritiam hujus
culo laudat idem Plinius, ut per eam ſuſpi
pretium additum velut fucatum lib. III. ep
Diſtinctim de lectione Poematum *idem &*
ubi & Lectorem novum *velut faſtidit, ut*
etiam opus ad aliquid recti præſtandum. Et

nem confirmatus rediit nuper; deinde per continuos dies nimis imperat *a*) voci, is infirmitatis tuſſiculâ admonitus, rurſangvinem reddidit. Qva ex causâ deſtinavi mittere in prædia tua, qvæ Foro julii *b*) poſ- . Audivi enim te ſæpe referentem, eſſe ibi em ſalubrem, & lac *c*) hujusmodi curatios accommodatiſſimum. Rogo ergò ſcribas ut illi villa, ut domus pateat; offerant etiumptibus ejus, ſi qvid opus erit: erit au-

Bb tem

at. II. Sylv. I. p. 181. z) *Nam inter curationes os & navigatio ponebatur: probabaturq; maximè, quæ pſum inſtitueretur. Corn. Celſus lib. III. c. 22. quo præcipit:* Si mali, *inquit*, plus eſt, & vera φθίσις er initia protinus occurrere neceſſarium eſt: neim facile is morbus cùm inveteraverit, evincitur. eſt, ſi vires patiuntur, longâ navigatione, cœli mue ſic, ut denſius, qvàm id eſt, ex qvo diſcedit æger, r. Ideoqve aptisſimè Alexandream ex Italiâ itur. nbecillitas non ſinit, nave tamen non longè geſtamodisſimum eſt. Si navigationem aliqva res proleƈticâ vel alio modo corpus dimovendum eſt. *Bu. ltrà modum exercet, plus ab eâ exigit, [hoc enim imperare eſt,] quàm ferre per valetudinem queat. ella lib. III. c. 3.* Fructum verò pleriqve qvàm uber- præſentem conſectantur, nec provident futuro ri, ſed qvaſi planè in diem vivant, ſic *imperant* vi- & eas multis palmitibus onerant, ut poſteritati onſulant. *Fundus hujus elegantiæ Virgilius, cujus illud I. eſt:* Exercetq; freqvens tellurem ac imperat ar-. b) *Forojulienſes cognomine Concubienſes lonius in ſextâ Italiæ regione, quæ Umbriam & Agrum um circà Ariminum complectitur, de quibus nunc lo- Secundus.* Cat. c) Utilis in omni tuſſi pe-

item opus modico. Eſt enim tam parcus & continens, ut non ſolùm delicias, verùm etiam neceſſitates valetudinis frugalitate reſtringat. Ego proficiſcenti tantum viatici dabo, qvantum ſufficit & moderato & eunti in tua *d*). Vale.

20. CAJUS PLINIUS URSO ſuo S.

Accuſaverant Bithyni Julium Baſſum repetundarum, qvi in eâ provinciâ proconſulatum geſſerat, contra qvem à Senatu impetraverant advocatum Rufum Varenum. Is poſtea ſortitus eandem provinciam, repetundarum pariter reus fit. Pro Vareno egit Secundus, cui contradixit Fontejus Græcus homo. Conceſſa eſt Bithynis inqviſitio, & Vareno poſtulatio.

ITerum Bithyni poſt breve tempus à Julio Baſſo etiam Rufum Varenum proconſulem detulerunt: Varenum, qvem nuper adverſus Baſſum *e*) advocatum & poſtularant & acceperant. Inducti in Senatum, inqviſitionem poſtulaverunt:

---

regrinatio eſt, cibus ut lac in allio coctum: magis certe[...] poteſt aliqvis cum ſangvinem exſpuit. *Præter iſta à Ce[lſo] prædicta, Plinius:* ad exulcerationem ſtomachi lactis aſinini potus, item bubuli, plurimùm prodeſt. *Lege plura lib. XXVI. c. 5. & XXVIII. c. 10. apud eundem. Eſt alia lectio:* & in hujusmodi, *ut totum hoc ad aerem referatur.* Cat. d) *Aldina:* qvantum ſufficit eunti in tua. *Palat. & edd. vet. Grutero teſte:* qvantum ſufficit, & eunti in tua.

EP. 20. e) *Libro IV.* [*ep. 9.*] *ſcriptum,* Pompo[ni]um Rufum *adverſus Baſſum egiſſe, nunc verò* Rufum V[arenum]

:: tum Varenus petiit, ut ſibi qvoqve defen-
is cauſâ evocare *f*) teſtes liceret. Recu-
ibus Bithynis, cognitio ſuſcepta eſt. Egi ego
Vareno non ſine eventu. Num benè an
è, liber *g*) indicabit. In actionibus enim
mqve in partem fortuna dominatur: mul-
commendationis & detrahit & affert me-
ia, vox, geſtus, tempus ipſum: poſtremò vel
r vel odium rei. Liber offenſis, liber gratiâ
r & ſecundis caſibus, & adverſis caret. Re-
idit mihi Fontejus Magius *h*), unus ex Bi-
nis, pluribus verbis, pauciſſimis rebus. Mos
lerisqve Græcorum *i*), ut illis ſit pro copiâ

Bb 2 volu-

m: *niſi malimus intelligere, appellatum* Pomponium
m Varenum. *Cat.* f) *è provinciâ teſtes in rem vocare: & expectandum, donec in urbem venirent.*
m noſtram faciunt Taciti verba ex lib. XIII. Pompo-
, *inquit,* Sylvanum magna vis accuſatorum circum-
rat, poſcebatqve tempus evocandorum teſtium ex
:â provinciâ, ubi Proconſulare imperium habuerat.
eus illico defendi poſtulabat, valuitq; pecunioſâ or-
e & ſenectâ. *Sed ſicuti favore & gratiâ quorundam*
nus obtinuerat ſtatim pronunciari: ita jure Varenus
travit, ut poſſet evocare teſtes. Cat. vocare †. *Sed*
are *in hâc eadem causâ recurret lib. VI. ep. 5. ab init.*
Oratio mea. Cat. h) *advocatus Græcus, à Bithy-*
Senatum ductus, cujus ſit mentio ab eodem lib. VII. Cat.
ejus Magnus †. i) *Aſiaticorum: nam Attici pres-*
graves; iſti inanes ac redundantes. Cicero in Bruto de
oratoribus: Aliud autem genus eſt non tàm ſenten-
reqventatum, qvàm verbis volucre ac incitatum;
eſt nunc Aſiâ totâ. *Meminit & alibi, Petronius:* Nu-
entoſa iſtæc & enormis loqvacitas Athenas ex Aſiâ

volubilitas: tam longas tamqve frigi riodos uno ſpiritu, qvaſi torrente, coı Itaqve Julius Candidus *l*) non inver dicere, *aliud eſſe eloqventiam, aliu am* m). Nam eloqventia vix uni aut mò ſi Marco Antonio *n*) credimus, ne verò, qvam Candidus loqventiam app tis atqve etiam impudentiſſimo cui contingit. Poſtero die dixit pro Varen

commigravit. *Etiam D. Auguſtus Aſiaticis* in tias & volubilitatem verborum *tribuit, cum dictionem perſtringeret, ut Svetonius lib. II.* *fert*. Bu. *Aldina:* Eſt plerisqve Græcorum copiâ volubilitas. *Sichardina:* pluribus verb mis rebus, ut eſt plerisqve Græcorum copia

k) *recepi hoc à Catanæo: al.* rigidas. l) ſpronius Candidus, *qui Conſulatum cum Qu quo tempore Adrianus Tribunatum plebis. Hic eſt Julius à Senatu legatus ad Septitium Severu Syriâ cum exercitibus, quibus præerat, à Julian Erat autem Candidus, vetus Conſularis olim mi ſus ob durum & ſordidum imperium.* Candidi *quam adulteram poeta Martialis epigrammat* Julio Candido *reſcripſiſſe divum Pium memor ff. XLVIII. tit. de accuſationibus.* Cat. tia *loquacitas eſt. Saluſtius:* Satis loqventiæ parum. *Ita enim eum locum legendum Valerius exiſtimavit. Vide Gellium lib. I. c. 15. ubi & plura habes.* Bu. n) *Cicero Oratore ad B* Antonius, cui vel primas eloqventiæ patrum tribuebat ætas: vir naturâ peracutus ac pr libro, qvem unum reliqvit, *diſertos* ait ſe vid *eloquentem* neminem. *Refert & Quinctilian*

allidè, acriter, cultè: contrà Nigrinus
raviter, ornatè. Cenſuit Acilius Rufus,
deſignatus, inqviſitionem Bithynis
ı: poſtulationem Vareni ſilentio præter-
: forma *p*) negandi fuit *q*). Cornelius
r) Conſularis & accuſatoribus, qvæ pe-
& reo tribuit, vicitq́; numero. Impetra-
em nec lege comprehenſam, nec ſatis
ı, juſtam tamen. Qvare juſtam, non ſum
exeqvuturus, ut deſideres actionem *s*).
erum eſt Homericum illud *t*):

ἀἰρ ἀοιδὴν μᾶλλον ἐπικλείεσ' ἄνθρω-
ποι,
ἀκεόντεσσι νεωτάτη ἀμφιπέλητ]αι *u*).

 apud

o) *de hoc dictum ad lib. IV. ep. 9. p. 247.*
) *ſpecies.* Ba. q) *comior ſcilicet atq; ur-*
bat poſtulationem Vareni: ſed id ſilentio &
'endere, quàm declarare verbis malebat. Si-
nullorum Conſulum fuit: qui cùm per diſces-
'aciendum eſſet, eam ſententiam, quam prævari-
gatione diſſimulabant. Obſervat hoc ſolertia
Aulo Poſtumio, ſuper Achæis detentis Roma
ıte, Excerptis Legat. CXXIX. Apud Cæſa-
de Bello Civ. c. 2. Lentulus Conſul M. Cal-

apuđ te providendum eſt mihi, ne gratiam n
vitatis & *x*) florem *y*), qvæ oratiunculam me
vel maximè commendat, epiſtolæ loqvacitat
præcerpam *z*). Vale.

21. CAJUS PLINIUS RUFO ſuo S.

Dicturi erant advocati apud centumviros, qvos audiendos Secundus convenerat: ſed Licin Nepos judicia ſolvit, edicto monens, ut Senat conſultum ſervaretur, qvo cavebatur, ne qvis a actionem pecuniam acciperet vel paciſceretu qvod Nepotis factum à qvibusdam reprehende tur, ab aliis laudabatur.

DEſcenderam *a*) in Baſilicam Juliam *b*), diturus qvibus proxima comperendi tione *c*) reſpondere debebam. Sedebant judic centumviri *d*) venerant, obverſabantur *e*) vocati, ſilentium longum: tandem à præt nuntius. Dimittuntur centumviri, eximitu dies: me gaudente, qvi nunqvam ita para ſu

---

enim cantilenam magis celebrant homines, Qvæ audi tibus recentiſſima ſit. *Apud Homerum Odyſſ. α. dicun hæc à Telemacho.* St. x) *L.* ut, Ba. y) flore illum, *Sichardina.* z) perdam. †.

EP. 21. a) *ab Esquiliis, loco edito, ubi domum buit.* Cat. b) *Relege à nobis prænotata* [*p. 117. s.*] Cat. c) *Comperendinatio eſt ab utrisq; litigat bus invicem ſibi denunciatio in perendinum diem.* Bu annot. prior. in Pand. p. 83. d) Decemviri †. *hoc etiam Gruterus teſtatur in libris vett. reperiſſe.* e)

m, ut non morâ læter Cauſa dilationis, Ne-
s *f*) prætor,qvi legibus qværit *g*). Propoſue-
t breve edictum; admonebat accuſatores,ad-
onebat reos,executurum ſe,qvæ Senatuscon-
lto *h*) continerentur. Suberat edicto Senatus-
nſultum: hoc omnes *i*), qvi qvid *k*) negotii
berent, jurare prius qvâm agerent, jubeban-
r, *nihil ſe ob advocationem cuiqvam dediſſe,pro-
iſiſſe,caviſſe.* His enim verbis,ac mille præter-
i, & vænire advocationes & emi vetabantur.
ractis tamen negotiis, permittebantur pecu-

Pal. & edd. vett. [*quam lectionem & Buchnerus probat,*]
n ut vulgata recentior, obſervabantur. *Gru.* f) *Lici-
us Nepos.* Cat. *Recurre & ad p. 294. lit. s.* g) *haud
iter Pal. & vett. edd. Verùm Modii mſſ.* [*quale & Sichar-
fuiſſe patet,*] qvi legi de muneribus præpoſuerat bre-
edictum: *ſcribendumq́ ſuſpicabatur:* qvi lege de mu-
ribus qværit. Propoſuerat &c. Gru. *Senatusconſul-
m ſanè* [*Modii verba ſunt epiſt. 51. novantiq. Lect. ap.
rut. V. Lamp. p. 136.*] *de quo agitur, in eam erat ſenten-
iam*, ut juberentur omnes jurare, nihil ſe cuiqvam ad-
cationis nomine dediſſe &c. *Unde rectè illud executu-
s,* lege de muneribus qværere, *dici poterat. Etiam Ca-
ubonus,* [*Buchnero non invito*] *putat legendum:* qvi le-
de muneribus qværit, *h. e. qui exercet quæſtionem il-
m. Notum, inquit, quid ſit quæſitorem eſſe, & quæſtionem
iquam exercere in foro Romano. Non rectè enim ad Præ-
rem urbanum videntur hæc referri ab interprete* [*Cata-
eo.*] h) *quod ſuprà* [*prope ſin. ep. 14. hujus libri*]
*rincipis librum dixerat, decretum à Senatoribus referente
rajano.* Cat. i) *ita diſtinxi ſide Pal. & vett. edd. Re-
ns enim:* Senatusconſultum hoc, *omnes quidquid.* Gru.
k) *minùs benè recentioribus irrepſerat*, omnes qvicqvid

niam duntaxat decem millium *l*) dare. Hoc facto Nepotis commotus prætor, qvi centumviralibus præſidet, deliberaturus, an ſeqveretur exemplum, inopinatum *m*) nobis otium dedit. Interim totâ civitate Nepotis edictum carpitur, laudatur. Multi, *Invenimus qvi curva corrigeret* n). *Qvid? ante hunc prætores non fuerunt? Qvis autem hic eſt, qvi emendet publicos mores?* Alii contrà, *Rectisſimè fecit initurus magiſtratum: jura cognovit* o): *ſenatusconſulta legit: reprimit fædisſimas* p) *pactiones: rem pulcherrimam* q) *turpisſime* r) *venire non patitur.* Tales ubiq; ſermones: qvi tamen alterutram in partem ex even-

negotii. l) *Secutus eſt Nepos exemplum Claudii, quem legimus apud Tacitum poſuiſſe modum Advocatis pecuniæ capiendæ usq; ad dena ſeſtertia. Idem enim, quod decem millia nummûm, quæ egreſſi repetundarum tenerentur.* Cat.

m) *Quidam* inopinatum *referunt ad præcedentem dictionem,* exemplum. *Cat.* n) *Seneca Ludo de morte Claudii:* Hic nobis cuncta corrigit. *Quod fruſtra ſollicitavit eruditiſſimus Rhenanus, [cui f. m.720. venerat in mentem:* Hic nos Scurra Cæſar regit, *ut eſſet alicujus Mimi clauſula.] Nam proverbiale dicterium eſt in ſeveros atque Cenſorios homines, & tritum communi ſermone. Convenit illud patrium:* der wird alles zu Bolzen drehen. Bu. Cuncta corrigerent †. o) *Pomponius JCtus aſſerit Prætorem habuiſſe facultatem adjuvandi vel ſupplendi, vel corrigendi jus civile.* Cat. cognovit †. p) *Pal. & edd. omnes ante Aldinam,* novisſimas. *Gru. Ubi Catanæus* novisſimas *interpretatur, immenſas, ultrà modum: magis tamen probat,* fœdisſimas: q) *patrocinium, orandi majeſtatem, quâ nihil dii immortales meliùs homini dederunt, & quâ remotâ muta ſunt omnia.* Cat. r) *per quæſtum*

entu prævalebunt. Eſt omninò iniqvum, ſed ſu receptum, qvòd HONESTA CONSI-IA vel turpia, prout malè aut proſperè ce-ant, ita vel probantur vel reprehenduntur *s*). nde plerunq; eadem facta modò diligentiæ, modò vanitatis; modò libertatis, modò furoris nomen accipiunt.

Vale.

am accuſatoriam vitam vivere, & ad defendendos reos ræmio duci proximum latrocinio eſt. Cat. s) *Cicero o Rabirio principio ſtatim:* Hoc plerumqve facimus, ut onſilia eventu ponderemus: & cui bene qvid proceſſe-it, multum illum providiſſe; cui ſecus, nihil ſenſiſſe di-amus. *Vide & lib. IX. ad Attic. epiſt. 10. Plautus Pſeud. Æ. III. Sc. III.* -- ut qvisqve fortunâ utitur, Ita præcel-t, atqve exinde ſapere eum dicimus. Bene ubi qvod conſilium diſcimus accidiſſe, hominem catum Eum eſſe declaramus: ſtultum autem illum, cui vertit malè. *Bu.*

C. PLINII CÆCILII SECUNDI EPISTOLARUM LIBER SEXTUS.

I. CAJUS PLINIUS TYRONI SUOS.

Contulerat ſe Secundus in patriam Comum, Tyro in Picenum: ſed reverſus in urbem, ubi conſueverat Tyroni, tunc cepit deſiderium amici. Quare hortatur, ut Romam veniat.

QVandiu ego trans Padum *a*), tu in Piceno *b*), minus te reqvirebam: poſtqvam ego in urbe, tu adhuc in Piceno, multò magis: ſeu qvod *c*) ipſa loca, in qvibus eſſe unà ſolemus, acrius me tui commonent: ſeu qvòd DESIDERIUM abſentium nihil perinde ac vicinitas acuit, qvóq; propius acceſſeris ad ſpem fruendi, hoc impatien-

EP. I. a) *Comi. Padus ab imis radicibus Veſuli montis exortus, nulli amni claritate inferior. Nam à Poetâ fluviorum rex dicitur. Lucianus non minorem Nilo ſcribit; & Strabo cunctos Europæ fluvios præter Iſtrum magnitudine ſuperare. Dictus à Græcis Eridanus, notus Phaethontis pœna.* Cat. b) *Picenum poſt Umbriæ civitates, quæ inter Ariminum Anconemq; jacent, extenditur. Profecti ſunt autem Piceni à Sabinorum terrâ: qui cùm ductu & auſpicio Pici iter facerent, nomen inde nacti fuere.* Cat. c) *Mſ.*

tientius careas *d*). Qvicqvid in cauſâ, eripe me huic tormento. Veni, aut ego illuc, unde inconſultè *e*) properavi, revertar, vel ob hoc ſolum, ut experiar, an mihi, qvùm ſine me Romæ cœperis eſſe, ſimiles his *f*) epiſtolas mittas. Vale.

2. CAJUS PLINIUS ARRIANO ſuo S.

Taxat notabiliter actionem Marci Reguli, cùm videatur probare, & apertè modum agendi ſuo tempore improbat. Poſtqvam publicos mores notavit, ad ſuos & Arriani amici revertitur.

SOleo nonnunqvam in judiciis qværere Marcum Regulum: nolo enim dicere deſiderare *g*). Cur ergo qværo *h*)? habebat ſtudiis honorem *i*), timebat, pallebat, ſcribebat: qvamvis non poſſet dediſcere illud ipſum, qvòd oculum

---

Palatini & edd. veteres, [Grutero teſte] ex qvo, *obſcurè & ſalebroſè. Planiſſimum eſt, quod alii codices [Aldinam ſecuti] repræſentunt*: ſeu qvòd: *Bu.* d) *Sic Catanæus, ſic Aldus, ſic aliæ. Quod magis placet, quàm,* cupias. e) *Catan.* conſultò. *Sichard.* conſultè. f) *conquerentes de abſentiâ meâ, & efflagitantes adventum in urbem.* Cat.

EP. 2. g) *quod majus eſt, quàm* qværere. Qværit *nempe Regulum jam mortuum Plinius, quia quædam in eo laudanda notaverat;* non deſiderat, *quia longè graviora in ipſo vitia deteſtatus erat, quod patebit ex I. Ep. 5. II. 20. IV. 2. 7. Imò & hæc præſens utriusq; notæ mores ejus depingit.*

h) *Si ſuperiùs lib. V. epiſt. 1. [ſub init.] videri queat, eſſe ab librariis,* cur ampliſſimo gratius? *poteſt & heic quoque ſupervacaneum dici triga iſthæc verborum:* cur ergò qværo? *Gru.* *Obſervavit tamen iſtic Modius, hanc interrogandi figuram non eſſe penitus inſvetam Plinio. Patiamur id huic etiam loco prodeſſe.* i) *reverenter tractabat eloquentiæ*

[illegible]
paucioribus clepſydris præcipitam
qvàm diebus explicari ſolebant? O
qvi ambitione ab omnibus obtineba
dei *b*) pauciſſimi præſtant! Eqvidem
dico *c*), qvod ſæpius facio qvàm dico
tum qvis plurimum poſtulat aqvæ *e*)
temerarium exiſtimo, divinare qvàn

---

tio p.104. lit. t. y) *brevesesſe, & jam im*
quàm eò dicendo tendere. Et judices pronunci
tendere deliberareq́; ac cognoſcere malunt; ſub
tædio, his audiendi, dicendi illis. Bu. z)
i. e. dicendi artis, quæ excitatur auditorum ſtu
lorum, *quæ impendent reis, cùm cauſſa eorum*
nè, nec ſatis diligenter cognoſcitur. Bu. a
ſumendum tale quid: ſi nunc viveres, quid di
O Regulum, qvi a. a. o. obtinebat. *Sichardin*
dei *tertius Caſus eſt. Significat, Regulum libere*
tiiſſe, & obtinuiſſe ſpacia, non ut clientibus c

auſa inaudita, tempusq; negotio finire, cu-
modum ignores: præſertim cum primam *f*)
gioni ſuæ *g*) judex patientiam debeat, QVÆ
R S magna juſtitiæ eſt. At qvædam ſuper-
ua dicuntur: etiam; ſed ſatius eſt & hæc dici,
m non dici neceſſaria. Prætereà, an ſint ſu-
vacua, niſi qvùm audieris, ſcire non poſſis.
de his meliùs coràm, ut de pluribus vitiis ci-
tis. Nam tu qvoqve amore communium *h*)
s emendari cupere, qvæ jam corrigere diffi-
eſt. Nunc reſpiciamus domos noſtras *i*).
vid omnia in tuâ rectè? in meâ novi nihil.
i autem & gratiora ſunt bona, qvòd perſe-
ant: & leviora incommoda, qvòd aſſvevi.
le.

CAJUS PLINIUS VERO *k*)
ſuo S.

Vero,

res. Cat. f) *Sic Aldina, & quæ hanc ſeqvuntur:* l *& Gronovio veniſſe in mentem Veenhuſianæ docet edi-* Aliàs primum *legebatur.* g) *conſcientiæ atq; officio* *Cicero quoq;, cùm Quincto fratri præcepta dat admini-* *de provinciæ,* adjungendam facilitatem in audiendo, tisfaciendo ac diſputando diligentiam *monet. Et re-* ars magna juſtitiæ *appellatur hæc patientia: eſt enim* ia, *ut Plato & Ariſtoteles pronunciarunt,* ἀλλότριον ἀγα- *alienum bonum, hoc eſt, ad alios quod maximè perti-* Bu h) *Legitur in quibusdam libris,* [*ut Sichardino,*] muni. *Fortaſſe ita emendandum,* in more communi, *ntiâ admodùm perſpicuâ.* Caſ. i) reſpiciamus ra †. *Dictio* domus *non eſt in Pal. aut ullâ editione Al-* *antiquiore.* Gru.

P. 3. k) Veros *plures Spartianus & Capitolinus*

Vero, agricolationi intento, commendat agrum, qvem nutrici ſuæ dono dederat.

GRatias ago, qvòd agellum, qvem nutrici meæ donaveram, colendum ſuſcepiſti. Erat, qvùm donarem, centum millium nummûm: poſtea, decreſcente reditu, etiam pretium minuit *l*) qvod nunc te curante reparabit. Tu modò memineris, commendari tibi à me non arbores & terram [qvanqvam hæc qvoqve] ſed munuſculum meum, qvod eſſe qvàm fructuoſiſſimum, non illius magis intereſt, qvæ accepit, qvàm meâ qvi dedi. Vale.

4. CAJUS PLINIUS CALPHURNIÆ *m*) ſuæ S.

Conqveritur non ſibi licuiſſe per occupationes in Campaniam cum uxore Calphurniâ ſecedere: inibiq; multa amabiliter diſſerit, & hortatur, ut ſaltem pluribus epiſtolis timori ſuo provideat.

NUnqvam ſum magis de occupationibus meis qveſtus, qvæ me non ſunt paſſæ aut proficiſcentem te valetudinis causâ in Campaniam *n*) proſeqvi, aut profectam è veſtigio ſubſeqvi. Nunc enim præcipuè ſimul eſſe cupiebam,

---

monumentis tradunt. Hujus autem tanquam obſcurioris nulla apud alios ſit mentio. Cat. l) *i. e. decrevit, imminutum eſt. Talium activorum copioſam ſylvam dabit Voſſius lib. III. de analog. c. 3. quam hoc verbo augere poſſis.*

EP. 4. m) *Calphurniam Secundi uxorem teſtantur tres ejusdem epiſtolæ, & Sidonius lib. II.* Cat. n) *ubi Fabatus Secundi Proſocer villam Camillianam [quære epiſt. 30*

bam,ut oculis meis crederem,qvid viribus,qvid corpuſculo acqvireres,& qvi deniq; ſeceſſûs,voluptates *o*),regionisq́; abundantiam *p*) inoffenſa *q*) transmitteres. Eqvidem etiam fortem *r*) te non ſine *s*) curâ deſiderarem *t*). Eſt enim SUSPENSUM & anxium de eo, qvem ardentiſſimè diligas, interdum nihil ſcire. Nunc verò me cùm abſentiæ, tum infirmitatis tuæ ratio,incertâ & variâ ſolicitudine exterret. Vereor omnia, imaginor omnia *u*), qvæqve NATURA metuentium eſt, ea maximè mihi, qvæ maximè abominor, fingo. Qvo impenſiùs rogo,ut timori meo qvotidiè ſingulis,vel etiam binis epiſtolis conſulas. Ero enim ſecurior,dum legam: ſtatimq́; *x*) timebo, qvùm legero. Vale.

hujus libri] *poſſedit.* Cat. o) *Secundùm Eutropium, nulla magis regio ad ocium & voluptatem accommodata, quàm Campania. Siquidem non modò Italiæ, ſed pene toto orbe terrarum pulcherrima Campaniæ plaga eſt.* Cat.

p) *Campania ſeritur toto anno, panico ſemel, bis farre. Sed Campus, qui circà Capuam eſt, & Laboriæ vocatur, à Græcis Phlegræus, cæteras terras fertilitate ſuperat.* Cat. è *Plin. lib. XVIII. c. 11.* q) inoffenſa valetudine ⁊ *quæ duo verba ab aliquo profecta videri poſſunt, qui exponere voluerit, quod eſt in textu vocabulum.* Steph. præf. p. 38.

r) *benè valentem.* Cat. *Sic IV. epiſt. 1. extremâ, & alibi.* s) *malè aliæ edd.* & non ſine. *Neq; viſitur ea copula in vett. edd. aut Pal.* Gru. t) *Quamvis ſana eſſes, tamen tibi timerem, quantò magis invalidæ.* Cat. u) *abeſt illud,* imaginor omnia, *omnibus edd. vett. nec non Pal. & tamen non alienum videtur iſto loco.* Gru. x) *L.* ſatisqve. *Ba. Sed* ſtatimq́; *ſatis aptum eſt huic loco.*

5. CAJUS PLINIUS URSO ſuo S.

Licinius Nepos poſtqvam Varenus obtinuerat, ut ſibi teſtes pro defenſione liceret evocare, cœpit petere, ut legi repetundarum adjiceretur, licere reis denunciare teſtes. Cui relationi multi contradixerunt, ſed præſertim Jubentius Celſus: inter qvos ortâ contentione, ad lites usq; proceſſum eſt.

SCripſeram *y*) tenuiſſe Varenum, ut ſibi evocare teſtes liceret: qvod pluribus æqvum, qvibusdam iniqvum, & qvidem pertinaciter, viſum: maximè Licinio Nepoti, qvi ſeqventi Senatu, qvùm de rebus aliis referretur, de proximo Senatusconſulto diſſeruit, finitamq; cauſam retractavit. Addidit etiam, petendum à conſulibus, ut referrent ſub exemplo *z*) legis ambitus de lege repetundarum, an placeret in futurum ad eam legem adjici, *ut, ſicut accuſatoribus inqvirendi, teſtibusq; denuntiandi* a) *poteſtas ex eâ lege eſſet, ita reis qvoq; fieret.* Fuerunt qvibus hæc ejus oratio, ut ſera & intempeſtiva & præ-

EP. 5. y) *lib. V. epiſt. 20. quæ huic lucem affulgebit.* z) *ad imitationem legis ambitûs.* Cat. a) Teſtimonium denunciare *eſt homini diem dicere ferendo teſtimonio, h. e. ad judicium evocare ferendi gratiâ teſtimonii. Licebat autem in publicis tantummodò judiciis denunciari teſtimonium, h. e. invitum evocari ad remotum longinqvumq́ tribunal.* Budæ. annot. reliq. in Pand. p. 15. *Cæterùm quod nunc dicimus, defenſor ex parte ſuâ poterit infirmare, id veteres dicebant, reus teſtimonium denunciare poterit, & inquirere.* Idem annot. prior. p. 98. *qui utrobiq; Plinii hunc*

præpoſtera, diſpliceret: qvæ omiſſo *b*) contradicendi tempore *c*), caſtigaret peractum, cui potuiſſet occurrere. Jubentius qvidem Celſus *d*) prætor, tanqvam emendatorem Senatûs, & multis & vehementer increpuit. Reſpondit Nepos, rurſusq; Celſus: neuter contumeliis temperavit. Nolo referre, qvæ dici ab ipſis moleſtè tuli *e*). Qvò magis qvosdam è numero noſtro improbavi, qvi modò ad Celſum, modò ad Nepotem, prout hic vel ille diceret, cupiditate audiendi curſitabant; & nunc qvaſi ſtimularent &

Cc 2 accen-

locum affert. b) *L.* amiſſo, *præterito.* Ba. c) *Tempus hic* καιρὸς *eſt:* opportunitatem temporis *Cicero & Cæſar appellarunt. Communiter* occaſionem *dicimus. Senſus itaq; eſt: tùm contradicendi occaſionem fuiſſe Licinio, cùm ageretur de Vareno, & impediri SCtum poſſet; nunc peractâ re, & opportunitate illâ dilapsâ, præpoſterè & inutiliter contradici.* Bu. d) *Is fuit rhetor eloquentiſſimus: quod etiam Juvenalis indicat:* Celſo dictare paratæ: *tametſi interpretes ſignificâſſe velint* Cor. Celſum: *cùm is fuerit mediocris orator, nec temporibus Satyrographi. Inde pariter decepti ſunt VIII. Satyrâ ſuper illud:* Nec dubitant Celſi Prætoris vendere ludis. *Ubi neq;* Corn. Celſum, *neq; pro adjectivo poſitum* celſum, *ut quidam ariolantur, vel uno Secundi teſtimonio ſatis conſtat accipi poſſe, ſed* Jubentium *Celſum, prætorem ſub Trajano, quo principe Satyram ſuam poeta condidit.* Cat. *Qui plura de diverſis* Jubentiis [*ſeu, ut alii ſcribunt*] Juventiis Celſis. *Quos tres inprimis memorat Glandorp. Onomaſt. f. 511. Patrem & Filium Conſules ſub Trajano & Hadriano, tertium, cujus mentio in libello, quem & Catanæus affert, ſupplice, qui temporibus Pii vixerit. Vid. & Bern. Rutil. in Vitis JCtor. p. 159.*

e) *Nam ægrè erat, quòd diſciplinam curis proderent, & ſenatoriam gravitatem jurgandi levitate adeò proſtituerent*

ſpondit, & Celſo Nepos ex pug
loqvacitas g) amicorum fuit, ut hom
turi, idipſum invicem ſcirent, tanqv
niſſent. Vale.

6. CAJUS PLINIUS FUN
ſuo S.

Pro Julio Naſone honores petituro
danum ſuum, ut ideò veniat Romam, q
rat candidatum, & verebatur, ſi repul
tur, ne ſibi illuderetur.

SI qvando, nunc præcipuè cuper
Romæ, & ſis, rogo. Opus eſt mihi
ris, ſolicitudinis ſocio. Petit honores
ſo, petit cum multis, cum bonis:
GLORIOSUM, ſic eſt difficile ſup
deo ergò, & exerceor ſpe, atqve affi

Eodem nomine & Senatorum quosdam ſeque

ne Conſularem eſſe non ſentio *h*):nam *i*) rur-
mihi videor omnium qvæ decurri *k*) candi-
us. Meretur hanc curam longâ mei charita-
Eſt mihi cum illo non ſanè paterna amicitia,
eqve enim potuit eſſe per meam ætatem:]
ebat tamen vix dum adoleſcentulo mihi pa-
ejus cum magnâ laude monſtrari. Erat non
iorum tantùm, verùm etiam ſtudioſorum
antiſſimus: ac propè qvotidie ad audiendos,
s tunc ego freqventabam Qvintilianum *l*)
Iiceten Sacerdotem *m*) ventitabat: vir alio-
clarus & gravis,& qvi prodeſſe filio memo-

ficarunt, quid reſpondere iſte pararet contrà. Sic factum, terq. ſciret futurum inter ipſos jurgium, non aliter, ac ſi convenisſet. Bu.

P. 6. h) *Sic pendeo dubius, ſolicitusq. de exitu ſum, andidatus ipſe potiùs & petere magiſtratum, quàm Con- u jam defunctus mihi videar. Nam* Conſulares, *qui ma- itu eo functi eſſent, dicebantur.* Bu. i) nam *non Pal. aut vetuſtè cuſis.* Gru. *Afuiſſe quoque apparet , quæ ſequentia, quod ex Catanæo conjicies, in hos ſen- iſtingvunt*: me Conſularem [*atq. ſic aliquâ virum au- ate*] eſſe non ſentio, [*& hinc afficior metu,*] rurſus i videor [*Conſularis, ſeu alicujus autoritatis, unde vi- ſpe erigor.*] Omnium, qvæ decurri [*dignitatum*] lidatus [*Naſo*] meretur hanc curam *&c. Aliam in- retationem requirit lectio, quam retinuimus.* k) *Quæ- , Tribunatûs, Ædilitatis, Præturæ, per quæ ordine, ut at, ad Conſulatum, qui ſummus & maximus honor, ſe eniſſe ſignificat.* Bu. *Aldina & ejus traduces*, decu- i, *ut ſuprà p. 79. lit. u.* accucurrit. *Paulinus ad Cythe- v. 761.* Sed ſermo lapſus decucurrit longiùs.
quem ſuprà [*II. epiſt. 14. p. 120.*] *teſtatus eſt habuiſſe eptorem.* Cat. m) *Hujus expreſſa mentio apud au-*

riâ ſui debeat. Sed multi nunc in Senatu *n*), qvibus ignotus ille, multi, qvibus notus, ſed NON NISI viventes reverentur *o*). Qvò magis huic, omiſsâ gloriâ patris, in qvâ magnum ornamentum, gratia infirma, ipſi enitendum & laborandum eſt. Qvod qvidem ſemper, qvaſi provideret hoc tempus, ſedulò fecit: paravit amicos; qvos paraverat, coluit; me certè, ut primùm ſibi judicare permiſit *p*), ad amorem imitationemqve delegit. Dicenti mihi ſolicitè aſſi-

torem Dialogi de cauſis corruptæ eloquentiæ: Video etiam Grajis accidiſſe, ut longiùs abſit ab Æſchine & Demoſthene ſacerdos iſte Nicetes, & ſi qvis alius Epheſum vel Mitylenas contentus Scholaſticorum clamoribus qvatit, qvàm Afer aut Africanus, aut vos ipſi à Cicerone aut Aſinio receſsiſtis. *Ad quem locum Lipſius:* Nicetes declamator nobilis eo ævo. Plinius lib. VI. epiſt. audiſſe eum fatetur. Exſtat Philoſtrati Lemnii de hoc Nicete in vitis Sophiſtarum elogium. *&c. Hunc Smyrnæum Nicetam, [Smyrnæum Philoſtratus vocat,] ab eo Nicetâ, quem Seneca Controv. 4. prope finem memorat, ad hunc Senecæ locum diſtinguit Nic. Faber. Catanæus quoque Niceten illum, de quo Seneca Svaſor. 3.* Memini unà nos ab auditione Nicetis ad Meſſalam veniſſe, *dubitat tamdiu vixiſſe, ut à Plinio noſtro audiri potuerit.* n) *Admonendi ſumus, ſuffragia judicio Senatûs commiſſa à Trajano, & populo adempta, quod apertè taxat Juvenalis, dicens:* nam pridem, ex qvo ſuffragia nulli Vendimus, effugit curas; nam qvi dabat olim Imperium, faſces, legiones, omnia, nunc ſe Continet. *Cat.* o) *Putes,* reverentur *hîc ſenſu paſſivo accipi: quem & in ſimplici* vereor *obſervat Gellius XV. 12. Manebit tamen ſenſus activus, ſi voculam vel addas, ſaltem ſubaudias:* ſed *hi* non niſi *&c. vel demas:* multi, qvibus notus, non niſi. p) *Senſus integer, quem & Catanæus*

deſtitutum,ſolisqve amicis relictum. Qvibus cauſis exigo ut venias,& ſuffragio meo tuum gas. Permultum intereſt meâ, te oſtentare *s*) mecum circumire *t*). Ea eſt autoritas tua, ut em me efficaciùs tecum etiam meos amicos aturum. Abrumpe ſi qva te retinent. Hoc ipus meum, hoc fides, hoc etiam dignitas ulat. Suſcepi candidatum, & ſuſcepiſſe me um eſt: ego ambio, ego periclitor. In ſum-, ſi datur Naſoni qvod petit, illius honor; ſi atur, mea repulſa eſt. Vale.

CAJUS PLINIUS CALPHURNIÆ
ſuæ S.

: *ut primùm ſibi ipſe permiſit de me judicare. Aldina* *inſerit:* ut primùm ſibi ætas judicare permiſit.

Dicenti, *agenti in foro cauſſas: hoc enim hoc loco* dice-. Recitanti, *in auditorio declamanti. Et nota ibi* asſiſti, sſideri. *In foro enim ſedebant tantùm judices, dicentes* ... *illi etiam, qui proſecuti ipſos eò erant ho-*

Reſpondet uxori Calphurniæ, qvæ tunc erat in Campaniâ, ſe non minori deſiderio pro. illâ teneri, qvàm illa pro ſe.

SCribis te abſentiâ meâ non mediocriter affici; unumq; habere ſolatium, qvòd pro me libellos meos teneas, ſæpè etiam in *u*) veſtigio meo *x*) colloces. Gratum eſt, qvòd nos reqviris, qvòd his fomentis meis *y*) acqvieſcis. Invicem ego epiſtolas tuas lectito, atqve identidem in manûs qvaſi novas ſumo; ſed eò magis ad deſiderium tui accendor. Nam cujus literæ tantum habent ſuavitatis, hujus ſermonibus qvantum dulcedinis ineſt? tu tamen freqventiſſimè ſcribe, licet hoc ita me delectet, ut torqveat *z*). Vale.

8. CAJUS PLINIUS PRISCO ſuo S.

Priſco ſuo enarrat amicitiam ſuam ab adoleſcen-

po, & commendare iis Candidatum, ut pro eo ſuffragium ferant. Bu. *Quæ hîc notat Buchnerus, rectè ſe haberent, ſi Plinius ſcripſiſſet ante principatum Tiberii. Nam ſub hoc comitia in curiam translata, & tribus in Campo prenſari deſierunt.* Gro.

EP. 7. u) *Sichardina:* teneas, ipſosq; in. x) *ea lecti parte, quâ aliàs ego cubare ſoleo præſens.* Bu. *Barthius hîc ad marg. & Valerii Flacci verſum citat init. lib. VIII. Eſt autem iſte:* Ante per antiqvi carpſit veſtigia ſomni. *Quo loco* veſtigia *ſunt loca ipſa, ubi antè ſopiri conſueta Medea, quemadm. ipſe in Adverſar. lib. XVIII. c. 15. f. 921. interpretatur.* y) *L.* mei. *Ba. Aldina τὸ* meis *planè omittit.* z) *deſiderium tui injiciens. Reſpicit ad id, qu*[illegible] *dixerat:* ſed eò magis &c. *Bu.*

ſcentiâ cum Attilio Creſcente: qvod eò tendit, ut Priſcus ſolicitet Maximum Valerii Vari hæredem, reddere cum uſuris pecuniam, quam Varus Attilio debuerat.

ATtilium Creſcentem & noſti & amas. Qvis enim illum ſpectatior paulò aut non novit, aut non amat? Hunc ego non ut multi, ſed arctiſſimè diligo. Oppida noſtra *a*) unius diei itinere dirimuntur: ipſi amare invicem, qvi eſt FLAGRANTISSIMUS amor, adoleſcentuli cœpimus. Manſit hic poſtea, nec refrixit judicio *b*), ſed invaluit. Sciunt, qvi alterutrum noſtrûm familiariùs intuentur. Nam & ille amici-

EP. 8. a) *Utriusq; patria. Vetus Scholaſtes ad illud Juvenalis Sat. I. Venuſinâ digna lucernâ:* Venuſinam ideò dicit, qvia hæc fuit civitas Horatii. *Intelligit patriam Horatii Venuſium fuiſſe, & itaq;* Venuſinâ lucernâ *Poetam, Horatii in componendis Satyris ſtudium, deſignaſſe. Similiter & ſua cujusque dicebatur civitas, ubi quis domicilium habebat. Ita Capernaum apud Matthæum cap. 9. ἰδία Christi πόλις appellatur. Cujus locutionis in Jure Romano etiam extare, ſummus Vir Hugo Grotius ad eum locum obſervavit.* Bu. *quem vide & ad lib. X. epiſt. 115. Oppida juxtà Comum ſunt, quæ uno die poſſunt adiri, Bergomum, Laus Pompeja, Novaria, ſed præcipuè Mediolanum. Quare adducor Attilium Creſcentem potiùs fuiſſe Mediolanenſem vel ob illam vetuſtam memoriam in cœnobio Divi Ambroſii Mediolani: ATTILIUS A.F. CRESCENS. V. P. TABULARIO PALATI. Illæ autem literæ V. P. ſignificant virum perfectiſſimum: qui dignitatis gradus repetitur in Inſtitutionibus Juſtiniani.* Cat. b) *cùm per ætatem potuimus alter de altero judicare. Adoleſcentuli enim non ſanè conſilio*

tiam meam latiſſimâ *c*) prædicatione circum fert,& ego præ me fero, qvàm ſit mihi curæ mo deſtia, qvies, ſecuritas ejus. Qvinetiàm qvin inſolentiam cujusdam tribunatum plebis ini turi vereretur, idqve indicaſſet mihi, reſpondi

Οὔτις ἐμεῦ ζῶντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο
Σοὶ κοίλης παρὰ νηυσὶ βαρείας χεῖρας ἐποίσει *d*).

Qvorſum e) *hæc ?* ut ſcias non poſſe Attilium me incolumi,injuriam accipere. Iterum dices *Qvorſum hæc ?* Debuit ei pecuniam Valerius Varus *f*): hujus eſt hæres Maximus noſter, qvem & ipſe amo, ſed conjunctiùs tu. Rogo ergo,exigo etiam pro jure amicitiæ, cures ut Attilio meo ſalva ſit non ſors modò, ſed etiam uſura plurium annorum. Homo eſt alieni abſtinentiſſimus, ſui diligens: nullis qvæſtibus ſuſtinetur, nullus illi, niſi ex frugalitate reditus. Nam ſtudia,qvibus plurimùm præſtat,ad voluptatem tantùm & gloriam exercet. Gravis eſt ei vel minima jactura,qvia reparare,qvod amiſeris, gravius

& electione, ſed animi impetu amant. Bu. c) latiſſimè. †. d) Nullus me vivente & ſuper terram intuente [*id eſt, fruente luce*] tibi cavas apud naves manus infeſtas inferet. *Ex Iliad. α. ubi ſequitur,* Συμπάντων Δαναῶν, *qui genitivus jungitur cum* οὔτις, *i. e.* Nullus ex omnibus Græcis. *Sed in quibusdam exempl. harum Plinii epiſt. legitur tantùm,* Οὔτις ἐμεῦ ζῶντος. *Et magis veriſimile eſt, eum principium duntaxat loci notiſſimi attuliſſe, ut ſolet etiam Cicero.* St. e) Qvorſus †. *Et ſic iterùm paulò poſt.* f) *Vari Syriæ præfecti meminit Joſephus.* Cat.

t. Exime hunc illi, exime hunc mihi ſcru-
: ſine me ſuavitate ejus, ſine leporibus
i. Neqve enim poſſum triſtem videre, cu-
ritas me triſtem eſſe non patitur. In ſum-
ſti facetias hominis: qvas velim atten-
e in bilem & amaritudinem vertat inju-
Qvam vim habeat offenſus, crede ei,
n amore habet. Non feret magnum & li-
ingenium cum contumeliâ damnum.
ut ferat ille, ego meum *h*) damnum,
contumeliam vindicabo *i*): ſed non tan-
pro meâ [hoc eſt graviùs] iraſcar. Qvan-
qvid denuntiationibus & qvaſi minis
vin potiùs, ut cœperam, rogo, oro, des
n, ne ille ſe, qvod validiſſimè vereor,
go me neglectum à te putem. Dabis au-
hoc perinde curæ eſt *k*) tibi, qvàm illud
Vale.

CAJUS PLINIUS TACITO ſuo S.

ondet Tacito, Naſonem candidatum ſibi ndanti.

Com-

*rritatus ingenii vim à facetiis, in quibus multum fa-
onvicia vertat, æquè futurus amarus ac mordax
us ac tumens, quàm feſtivus & lepidus, cum hilaris
ſus. Quid amaritudo ſit, ſuprà [ad lib. V. epiſt. 11.]*
Bu. h) *Videtur excidiſſe particula, cùm*
ut meum. *Gro.* i) *Sic vetus editio anony-
lacuit Catanæo. Ceteræ:* judicabo, *aut,* indicabo,
rvosè. Cat. k) *L.* ſit. *Ba.*

COmmendas mihi Julium Naſonem *l*) candidatum. Naſonem mihi? qvid ſi meipſum? Fero tamen & ignoſco. Eundem enim commendaſſem tibi, ſi, te Romæ morante, ipſe abfuiſſem. HABET hoc ſolicitudo, qvòd omnia neceſſaria putat. Tu tamen cenſeo alios roges; ego precum tuarum miniſter, adjutor, particeps *m*) ero. Vale.

10. CAJUS PLINIUS ALBINO ſuo S.

Conqveritur, Virginio Rufo, viro nunqvam ſatis laudato, poſt decimum mortis annum nondum abſolutum ſepulchrum.

QVùm veniſſem in ſocrûs meæ *n*) villam Alſienſem *o*), qvæ aliqvando Rufi Virginii fuit, ipſe mihi locus optimi illius & maximi viri deſiderium non ſine dolore renovavit. Hunc enim incolere ſeceſſum, atqve etiam ſenectutis ſuæ nidulum vocare conſveverat. Qvocunq; me contuliſſem, illum animus, illum oculi reqvirebant. Libuit etiam monimentum ejus videre, & vidiſſe pœnituit. Eſt enim adhuc imperfectum, nec difficultas operis in causâ, modici, ac potiùs exigui; ſed inertia ejus, cui cura mandata eſt. Subit indignatio cum miſeratione, poſt decimum

EP. 9. l) *hunc ipſe Plinius epiſt. 6. hujus libri commendat Fundano.* m) *Sichardina* particeps *omittit.*

10. n) *Pompeja Celerina.* Cat. o) *Villa*

1 mortis annum *p*) reliqvias, neglectumq;
ꝛem *q*), ſine titulo, ſine nomine jacere, cu-
nemoria orbem terrarum gloriâ pervage-
At ille mandaverat caveratq;, ut divinum
& *r*) immortale factum *s*) verſibus *t*) inſcri-
tur:

ic ſitus eſt Rufus, pulſo qvi Vindice qvondam
Imperium aſſeruit non ſibi, ſed patriæ.

M RARA in amicitiis fides, tam parata *u*)
io mortuorum, ut ipſi nobis debeamus
n conditoria *x*) exſtruere, omniaqve hære-
dum

is ſit mentio apud Ciceronem pro Milone. Erat autem
o Alſienſi: de quo Valerius Max. [*lib. VIII. c. 1.*] *Al-*
ſ Dionyſio in antiquitatibus credimus, Pelaſgi cum
inibus incoluére. Olim ſic dictum, poſteà Agilla ſcri-
Plinio. Alſium autem ab Aleſo conditore nomen acce-
io dicente lib. VIII. Nec non Argolico dilectum lit-
eſo Alſion. *Cat.* p) *per hoc apparet, multorum*
um epiſtolas collegiſſe Secundum, & diu fuiſſe ſub Tra-
cùm alibi [*lib. II. ep. 1.*] *Virginii funus celebret, &*
n epiſtolâ lugeat. Cat. q) reliqvias negligi, eum-
nerem. *Sic leg.* Ba. r) *MS.* etiam. *Lege,* & jam. *Ba.*
uòd, cùm ſæpe à legionibus, quibus præerat, dictus eſſet
tor, præſertim poſt interitum Julii Vindicis, abnue-
lamq; profeſſus ſit, non paſſurum ſe quenquam impe-
ſi quem Senatus elegiſſet. Cat. *Vide & ſuprà p. 77.*
t) *Hujus diſtichi ſenſum leges apud Dionem.* Cat.
ipſos etiam infrà lib. IX. epiſt. 19. u) *tàm fa-*
quo ſenſu & infrà lib. VII. ep. 25. parati honores
Cauſſa eſt, quòd libentiùs homines vibentes reveren-
olunt, qui & prodeſſe poſſunt. Et ſolent pleriq; ſua
da primo loco habere. De hoc & ſuprà queritur Epiſt.
s libri. Bu. x) Conditorium *pro ſepulchro*
illus uſurpat, & Petronius Arbiter. Plinius lib. VII.

dum officia *y*) præſumere *z*). Nam cui no
verendum, qvod videmus accidiſſe Virgi
cujus injuriam ut indigniorem,ſic etiam n
rem ipſius claritas facit. Vale.

II. CAJUS PLINIUS MAXIMO ſuo S.

Gratulatur, Fuſcum Salinatorem, & N dium Qvadratum juvenes, apud præfectum egiſſe ad imitationem ſui, cum ſummâ laud gloriâ.

O Diem lætum! adhibitus in conſiliu
præfecto urbis *a*) audivi ex diverſo ag
tes ſummæ ſpei, ſummæ indolis juvenes d
Fuſcum Salinatorem *b*) & Numidium Qva
tur

Qvorum corpora ejus miraculi gratiâ in conditor
luſtianorum aſſervabantur Oratorum. *Cat.* y)
lus eſt lib. XI. ff. ubi cavetur ex dignitate funerati ab
de funera fieri. Nam etiam ſi quid impenſæ in marmor
ctum ſit, funeris eſt. Cat. z) *non imaginariâ ſpe*
cogitatione, ut ſuprà lib. II. ep. 10. p. 99. qvod ego oli
te non temere præſumo: *vana enim hæc foret imagi*
ſed opere ipſo: h. e. adornandis iis, quæ nobis mortu
volumus, hæredes antevertere, atq; ſic ipſorum officia
occupare.

EP. II. a) *Initio epiſtolæ Divi Severi, miſſæ ad*
um Chilonem præfectum urbis, ita ſcriptum fuit: Cùm
bem noſtram fidei tuæ commiſerimus, qvicqvid i
urbem admittitur, ad præfectum urbis pertinere vid
Sed & ſi qvid intrà centeſimum milliarium admiſſu
ad præfectum urbis pertinet. Si ultrà ipſum lapid
egreſſum eſt, præfecti urbis cognitio non eſt. *Cat.*
b) *quem in epiſt. Trajanus teſtatur virum clariſſim*

ſtare veſtigiis videbantur. O

repetam enim] lætum, notandumq; mi-
didiſſimo calculo! Qvid enim aut publi-
us qvàm clariſſimos juvenes nomen &
ex ſtudiis petere? aut mihi optatius,
ne ad recta tendentibus qvaſi exemplar
poſitum? Qvod gaudium ut perpetuò
capi-

---

*um autoritate apud ſe valuiſſe. Hic eſt ille Salina-
oſteà Servianus filiam deſtinavit,* [*epiſt. 26. hujus li-*
inatori *primum cognomen inditum* M. Livio, *quia
rà novum vectigal ex ſalariâ annonâ ſtatuit.* Cat.
*c dilectus familiariſſimè à Secundo, hæres relictus ex
umidiâ Quadratillâ aviâ.* [*Conſule lib. VII. ep. 24.*]
*dius à Commodo occiſum Quadratum memorat, quòd
rficiendo conſilium iniiſſet: ſed hanc hiſtoriam me-
licat Herodianus, ubi aſſerit, Quadratum nobiliſſi-
upletiſſimumq; juvenem incitatum à Lucillâ ad ne-
eratoris, cumquâ conſuetudinem ſtupri habere exi-*

capiam *f*),Deos oro : ab iiſdem teſte te pe ut omnes qvi me imitari tanti putabunt, liores eſſe qvàm me velint. Vale.

12. CAJUS PLINIUS FABATO P SOCERO ſuo S.

Binis Fabati proſoceri literis reſpondet: prio qvod ſuſcipiet defendendum Priſcum apud cen viros : poſterioribus , qvòd libenter recora convitiorum in ſe, qvamvis injuſtorum.

TU verò non debes ſuſpensâ manu *h*) c mendare mihi, qvos tuendos putas. N & te decet multis prodeſſe,& me ſuſcipere q qvid ad curam tuam pertinet. Itaq; Vectio ſco *i*), qvantum plurimum potuero, præſt præſertim in arenâ meâ *k*) hoc eſt, apud tun

lim videbant. *Pal. non agnoſcit illud* ii. *Mediolanenſ tio, ut & noſtra anonyma , habent* : etiam qvi audie *quod perplacet. Nos vero hæc,[commodiſſimâ lectione, i pertâ,] relinquamus Grutero.* f) *MS.* habeam.

g) Deos oro, ac eosdem teſtes peto. *Hæc eſt ſcri Palatini,omniumq; editionum ante Aldinam : quæ nob derat* : Deos oro : ab iiſdem teſte te peto. *non male, ceret in alterius opere exercere petulantiam.* Gru. *Aldus hic nondum eſt petulantiæ convictus, cauſa aute hil, cur pro ineptâ lectione, qualis illa Codicis Palatin verſus aptiſſimam pugnem.*

EP. 12. h) *timidè, dubiè.* Cat. i) *legitur* Bettio Priſco, *quem vidimus in memoriis antiquis agr menſis.* Cat. *Sichardina*, Betitio. k) *translativ nam ſuam dixit agendi uſum frequentatum apud cen*

rogo, ut mihi ſemper eâdem ſimplici-
ties ceſſare videbor, [nunqvam enim
convitium facias? qvod & ego intelli-
mmo amore proficiſci, & tu non me-
gaudeas. Vale.

CAJUS PLINIUS URSO
ſuo S.

argumentum jam prioribus epiſtolis
20.] Nam cùm obtinuiſſet Varenus, ut
evocare teſtes, Bithyni conati ſunt in-
natusconſultum per Trajanum, à qvo re-
ad Senatum.

mne vidiſti m) qvemqvam tàm labo-
tàm exercitum n), qvàm Varenum
ctũ qvod ſummâ contentione impe-
o), defendendum & qvaſi rurſus peten-

Conſules carpere & labefactare ſ
etiam abſenti Principi criminari
natum remiſſi,non deſtiterunt.
Capito irreverenter magis, qvàn
qvi ipſum Senatusconſultum a
accuſaret. Reſpondit Fronto C
& firmè *p*). Senatus ipſe mirificu
qve, qvi priùs negarant Vareno
eadem danda,poſtqvam erant da
SINGULOS enim,integrâ re
eſſe; peractâ, qvod pluribus plac
tuendum *q*). Acilius tantùm R
ſeptem an octo? ſeptem immò,
tentiâ perſeverarunt. Erant in
nonnulli,qvorum temporaria g
tiùs gravitatis imitatio,ridebatu
æſtima, qvantum nos in ipsâ pu
maneat *r*), cujus qvaſi præluſio
has contentiones excitavit. Va

14. CAJUS PLINIUS M
ſuo S.

Promittit adventum ſuum Ma
Formianum,modò nihil incommo

laborioſè exercitum. o) impetrav
viter magis & firmè †. q) *Utitur l*
pſterus ac Roſin. lib. IX. Antiq. prope fin
rectè Pal. & edd. Vett. excluſis cæteris. G
terus ad lectionem, quam H. Stephanus [
[illegible] margini: Tu tamen exiſtima, c
[illegible] pugna certamini maneat.

Olicitas me in Formianũ: veniam eá condi-
tione, ne qvid contra commodum tuum fa-
s: qvâ pactione invicem mihi *s*) caveo. Neq;
im mare & littus *t*), ſed te, otium, liberta-
m *u*) ſeqvor: alioqvi ſatius eſt in urbe rema-
re. OPORTET enim omnia aut ad alie-
m *x*) arbitrium aut ad ſuum *y*) facere: mei
tè ſtomachi hæc natura eſt, ut nihil niſi to-
m & merum *z*) velit. Vale.

CAJUS PLINIUS ROMANO ſuo S.

xemplo Paſſieni monet Voconium recitationibus n adhibendos niſi ſanæ mentis auditores. Ille im dum elegos recitaret, intempeſtivè à Jaboleno interpellatus.

Irificæ rei non interfuiſti: ne ego qvidem, ſed me recens fabula excepit. Paſſienus

EP. 14. s) *ne quid contrà commodum meum faci-* . Cat. t) *loci amœnitatem, quæ pluribus à Mar-li celebratur. Sunt autem Formiæ juxtà Cajetam & Ter-inam in littore ad mare Tyrrhenum.* Cat. u) *Mem-na translatis literis & dictionibus:* ſed otium & liber-em, [*quomodo & Sichardina.*] *Quam germanam hujus lectionem eſſe, præter alia, quæ omnibus liquere confido, uentia quoq; facilè evincunt.* Modius epiſt. 21. novant. ct. [apud Gruter. Tom. V. Lamp. Crit. p. 136.]
x) *ut in urbe.* Cat. y) *ut in ſeceſſu.* Cat. z) *ſo-n. Senſus: Sum eâ naturâ, ut nolim niſi uno occupa-nis genere teneri: verbi causâ, in urbe amicis inſervire, ociari.* Cat.

Paulus *a*), ſplendidus eqves Romanus &
mis eruditus, ſcribit elegos. Gentilitium
li: eſt enim municeps Propertii *b*), atqve
inter majores ſuos Propertium nume
qvum recitaret, ita cœpit dicere, *Priſce jub*
hoc Jabolenus Priſcus *c*), [aderat enim
lo amiciſſimus:] *Ego verò non jubeo.* Cog
riſus hominum, qvi joci. Eſt omnino
dubiæ ſanitatis *d*): intereſt tamen officiis
betur conſiliis, atqve etiam jus civile p
reſpondet. Qvò magis, qvod tunc fecit,
culum & notabile fuit. Interim Paulo alie
liratio aliqvantum frigoris *e*) attulit.

SOLLICITE recitaturis providendu

EP. 15. a) *Patrem habuit Paſſienum, nobile*
matorem, cujus Euſebius in Chronicis & frequenter
meminere. Gellius L. Paulum *poetam memoriâ ſuâ*
mum nominat, & alibi Julium Paulum *poetam, bi*
num, literarumq́ ac beterum impensè doctum. Jab
autem fuiſſe Pauli præceptorem ff. XL. de manumiſ
tur. Cat. *De tribus Paſſienis, abo, patre, filio m*
dreas Scottus diſſertatione de claris apud M. Senec
toribus. Is de quo nunc ſermo, ab elegis poſteà ſe a
convertit. Teſtis idem Plinius lib. IX. epiſt. 22. ubi &
ejus laudibus. Voſſ. cap. 3. de Poet. Latin. p. 50.
Mebaniâ, oppido Umbriæ, patriâ Propertii. Cat.
ff. ubiq; ſcribitur ſabolenus, *non* Javolenus, *parit*
Capitolinum. Fuit enim Juriſconſultus, quo uſus e
multis aliis Antoninus Pius. Et Pomponius de origin
Priſcus, *inquit,* Jabolenus Sabino ſucceſſit in ſcie
ris. *Cat.* d) *non ſatis ſanæ mentis.* Cat.
miditatis, tarditatis, hæſitationis. Cat. *offenſiun*
alienationis animorum. Ita enim frigoris, *ſive* fri

non ſolùm ut ſint ipſi ſani, verùm etiam ut ſanos adhibeant. Vale.

16. CAJUS PLINIUS TACITO ſuo S.

Cornelio Tacito hiſtorias ſcripturo petentiq́; , obitum avunculi ſui & cauſam ejus altiùs repetit: ubi illius conſtantiam ac animi fortitudinem mirum in modum probat. Nam à Veſuvio monte exurgentem nubem intuitus, propiùs acceſſit, rem totam intellecturus, & undiq́; flammâ inſtante, dum perſeverantiùs inceptum exeqvitur, craſſiore caligine ſpiritu intercluſo, concidit in medio ſervorum duorum.

PEtis ut tibi avunculi mei *f*) exitum ſcribam, qvò verius tradere poſteris poſſis. Gratias

vox aliquando ſumitur. Vide Caſaubonum ad Auguſtum Suetonii cap. 66. & Levinum Torrentium ibidem, item ad Claudii cap. 41. Bu. *Juvat in rem præſentem ipſius Suetonii verba de Claudio adſcribere:* Hiſtoriam in adoleſcentiâ — ſcribere aggreſſus eſt. Et cùm primum freqventi Auditorio commiſiſſet, ægrè perlegit, *refrigeratus* ſæpe à ſemetipſo. Nam cùm initio recitationis, defractis compluribus ſubſelliis obeſitate cujusdam, riſus exortus eſſet: ne ſedato qvidem tumultu temperare potuit, qvin ex intervallo ſubinde facti reminiſceretur, cachinnosq́; revocaret. *Ubi quidem refrigeratum legimus recitatorem ipſum, non Auditores.* Frigus *autem, de quo hic Plinius noſter, utrobiq́; commodum inveniet locum. Ad recitantem trahit Catanæus, ad Auditores Buchnerus. Si ad hos, malim illud exaudire de torpore audientium, qui riſu occupati nec attenderent ſatis recitanti, nec applauderent, quàm de offenſione.*

EP. 16. f) *C. Plinii Secundi.* Cat. *De quo plura*

ago: nam video morti ejus, ſi celebretur à t
immortalem gloriam eſſe propoſitam. Qvam
vis enim pulcherrimarum *g*) clade terrarum,
populi, ut urbes *h*), memorabili caſu, qvaſi ſe
per victurus *i*), occiderit: qvamvis ipſe plu
ma *k*) opera & manſura condiderit, multum t
men perpetuitati ejus ſcriptorum tuorum a
ternitas addet. Eqvidem BEATOS PUT
qvibus DEorum munere datum eſt aut face
ſcribenda, aut ſcribere legenda: beatiſſimos v
rò qvibus utrumqve. Horum in numero avu
culus meus & ſuis libris & tuis erit. Qvo liber
tiùs ſuſcipio, depoſco etiam, qvod injungi
Erat Miſeni *l*), claſſemq; *m*) imperio præſens r
geb

poſteà ep. 20. g) *L.* in pulcherrimarum. *Ba.* h) *n*
populorum & urbium excidia diutiùs memorantur, quà
alicujus viri interitus. An quia in eo incendio populi &
bes interiére? Cat. *Lego,* urbis. *Ideò autem hac addi*
quia frequentiùs accidunt populorum aut urbium cla
quàm terrarum. Nobilitatur autem eorum mors, qui in
quâ inſigni ſtrage ceciderunt, vel memorabili alicujus u
caſu. Catanæi interpretationi nullus aſſentior. Caſ.
i) *cum memoriâ earum cladium.* Ba. k) *libro*
[*epiſt.* 5.] *enumerata.* Cat. l) *Promontorium & op*
dum Miſenum Cumis proximum. Strabo à Miſeno ſocio Uly
ſis dictum aſſerit. Mela à milite Phrygio, ſicut Dionyſiu
quodam illuſtri Trojano, cognomen traxiſſe tradunt; Vir
lius à tubicine Æneæ Miſeno, ſub eminenti monte ſepul
& Solini par ſententia. Cat. m) *Legimus apud Tr*
quillum & Tacitum, inſtituiſſe Auguſtum claſſem unam
ſeni, alteram Ravennæ: hanc ad ſuperi, illam ad inferi
tutelam. Hinc Tacitus memorat, Miſenenſem claſſe
bâ ad Veſpaſianum tranſiſſe. Sed Vegetius lib. IV. b

gebat. Nono calendas Septembris *n*), horâ diei fere ſeptimâ, mater mea *o*) indicat ei, apparere nubem inuſitata & magnitudine & ſpecie. Uſus ille ſole mox frigidâ *p*), guſtaverat *q*) jacens, ſtudebatqve: poſcit ſoleas, aſcendit locum, ex qvo maximè miraculum illud conſpici poterat. Nubes [incertum procul intuentibus ex qvo monte: Veſuvium fuiſſe poſtea cognitum eſt] oriebatur, cujus ſimilitudinem & formam non alia magis arbor qvàm pinus expreſſerit. Nam longiſſimo velut trunco elata in altum, qvibusdam ramis diffundebatur, credo qvia recenti ſpiritu evecta, deinde ſeneſcente eo deſtituta, aut eti-

rem luculentiùs tractat. Cat. n) *haud aliter quidem ab Aldo excuſi. Sed eo antiquiores:* Nov. Kal. horâ &c. *Palatinus Verò: nonum* LL. hora. *Cui otium aliquod eſt, excutiet Verum: mihi properanti Vix hæc licet committere papyro*. Gru. o) *Soror Plinii*. Cat. p) *Sic malui cum Pal. quàm ut in Vulgatis:* frigidam guſtaverat jacens. *Plinius enim diſertè ſuprà de ipſo lib. III. epiſt. 5. [p. 165.]* Poſt ſolem plerumq; frigidâ lavabatur, deinde guſtabat, dormiebatqve minimum. *Gru. Hancce hujus loci Veram eſſe ſcripturam, agnoſcit & Gonſal. Comm. ad Petron. p. 99. Conf. Salmaſ. in notis ad Vopiſc. p. m. 419. ed. Pariſ.* Ve.
q) *Veteres inter quotidiana præſidia Valetudinis quoq; habebant, ſedere in ſole, jacere, ut hîc Plinius; aut ambulare nudos, ut Spurinna: de quo noſter ſuprà lib. III. epiſt. 1. [p. 150.] Hoc eſt, quod* Sole uti *iſto in loco Plinius Vocat. Græcis hoc exercitationis genus* ἡλίωσις & ἡλιοκαΐα *diceba-tur: Latinis* inſolatio. *Nam* inſolare *apud Columellam eſt in Sole ponere: &* inſolatio *ſiccatio in Sole apud Plin. lib. XXI. nat. hiſt. cap. 14. Ac alii quidem uncti utebantur Sole, alii ſine unctione. Quod* Solem aſſum *Cicero*, ἥλιον καθαρὸν

eſt. Spurinna poſt Solem exercebatur pilâ, deinde
tur. Etiam Seneca ab exercitatione in frigidam de
bat, ut ipſe refert epiſt. 73. Quod plus oſtentationis,
utilitatis habere, Plutarchus docet de ſanitate tuendâ.
ſtus ungebatur, ſudabatq; ad flammam: deinde pu
batur aquâ egelidâ, vel Sole multo calefactâ, quod S
de eo prodit. Noſter de ſe lib. IX. epiſt. 36. Ambulo,
exerceor, lavor. Sequitur de guſtatione. Cæterum
re eſt leviter veſci, ut pane ſicco, atq; aut eo ſolo, au
palmulis aut acinis uvæ paſſæ. Auguſtus de ſe in epiſto
Svetonium: Nos in eſſedo panem & palmulas guſta
Et rurſus: dum lecticâ ex regiâ domum redeo, pa
ciam cum paucis acinis uvæ duracinæ comedi. H
tinet, quod ſuprà [p. 164. 165.] Plinius de avunculo
lib. III. Interdiu, inquit, cibum levem & facilem v
more ſumebat. Interdiu eſt ante cœnam. Veterum
vocat, quòd jentaret tantùm, aut, ſi pranderet, id
tenuiter faceret: tantùm ut reficeret aliquantulùm
non ut expleret. Ita enim ſolebant veteres, qui intem
tiæ deputabant, bis in die ſaturum fieri: quod vel P
locus indicat epiſtolâ ad Dionis propinquos, quo Cice
Tuſcul. V. uſus eſt, cùm oſtendere vellet, ne mente qui
ctè uti poſſe multo cibo & potione completos. Ex hac

n pondere ſuo victa, in altitudinem *r*) vanebat: candida interdum, interdum ſordida & aculoſa, prout terram cinerémve ſuſtulerat. agnum propiusq; noſcendum id *s*) eruditiſſio viro viſum. Jubet Liburnicam *t*) aptari: miſi venire unà vellem, facit copiam. Reſpon-, ſtudere me malle: & fortè ipſe, qvod ſcribem, dederat. Egrediebatur *u*) domo, accipit cocillos *x*). Retinæ Claſſiarii *y*), imminenti perilo exterriti [nam villa ea *z*) ſubjacebat, nec la niſi navibus fuga] ut ſe tanto diſcrimini iperet, orabant. Non vertit conſilium, ſed

 qvod *a*)

---

us. Bu. r) latitudinem †. s) id *malim, quàm* . *Caſ.* t) *Liburnia Dalmatiæ pars eſt, jadertinæ bjacens civitati, cujus exemplo nunc naves bellicæ fabrintur, & appellantur Liburnicæ, remorum ſingulos ordines bentes paulò majores, binos idoneæ menſuræ, ternos vel aternos, interdum quinos, Actiaco etiam prælio ſenos octosq. Appianus libro II.* Liburni finitima qvæqve citis naous invadebant. *Lucianus in amoribus*: biremem veloſſimam inſtruo, qvo navium genere Liburni, gens jonii iûs accola, plurimùm utuntur. *Cat.* u) *Malim*, greditur, *niſi accipias pro, qvùm egrederetur domo, & reras ad illud*, orabant, *quod ſequitur*. Caſ. x) *quibus taret, quæ oculis deprehenderat*. Bu. y) *milites, qui unt* Retinæ: *eſt autem hæc villa ſubjecta Miſeno*. Claſrii *ſunt milites comparati ad tutandam claſſem*. Cat. tinere amici, imminente periculo exterrere †. *Ubi* Retinæ *factum* Retinere *videri poteſt ab iis, qui vel* reiere *pro* Retinæ *malè legerunt, vel hoc* Retinæ *mendoſum tantes* retinere *in ejus locum ſubſtituerunt*. H. Steph. æf. p. 39. z) *Pal.* nam villa ejus. *Vett. edd.* navi-

qvod *a*) ſtudioſo animo inchoaverat,ob
mo *b*). Deducit *c*) qvadriremes, aſcen
non Retinæ modò, ſed multis [erat er
qvens *d*) amœnitas oræ] laturus aux
Properat illuc, unde alii fugiunt, rectur
ſum, recta gubernacula in periculum
adeò ſolutus metu,ut omnes illius mali
omnes figuras, ut deprehenderat oculi
ret enotaretqve. Jam navibus cinis in
qvò propius accederet,calidior & denſi
pumices etiam, nigriq; & ambuſti & fra
lapides: jam vadum ſubitum, ruinaqve
litora obſtantia *e*); cunctatusqve *f*) pau

---

cula ejus ſubjacebant. *Gru.* a) *Vett. edd.*
dina: Vertit ille conſilium, & qvod, *absq; negati*
culâ. Gru. b) Studioſum *animum in eo oſten*
propiùs noſſe miraculum voluit: maximum, *quòa*
rus, laturus auxilium aliis, in ipſum periculum
dit. Bu. c) *Periodus iſthæc, aliquotq; ſequent*
obſcuræ, mireq; in iis variant edd. vett. item Palati
d) *habitata multum, & plurimis prætoriis conſur*
e) *duas cauſſas affert, cur tenere littus non potu*
ſuccurrere periclitantibus. Prima eſt vadum ſubitu
obſtantia littora montis ruinâ. Vadum *unda bre*
ut Varro apud Servium deſcribit, ubi ab aqvâ ſum
alta eſt terra. *Græci hujusmodi loca* βράχια *vocan*
imitatus Maro, tres, *inquit,* Eurus ab alto In *brevi*
tes urget. *Mox enim hæc ipſa* vada *appellat. Subjic*
Illiditq; vadis. *Alibi plenè* vada brevia *dixit. Qu*
brevior ibi unda agi naves non ſinebat, deſidere eas
erat. Subitum *vadum dicit, quod per tempeſtate*
naſcebatur, ſubductâ per æſtum & terræmotum und
epiſt. 20. de hoc ipſo caſu: mare in ſe reſorberi, &

lecteret, mox gubernatori ut ita faceret nti, *Fortes*, inqvit, *fortuna juvat* g): *Pom-ianum pete* h). Stabiis *i*) erat *k*), diremptus ſi-edio *l*): nam ſenſim circumactis curvatis-ttoribus mare infunditur *m*). Ibi, qvan-nondum periculo appropinqvante, con-tamen, &, qvùm creſceret, proximo, ſar-contulerat in naves, certus fugæ, ſi contra-ventus reſediſſet. Qvo tunc avunculus ſecundiſſimo invectus complectitur tre-tem, conſolatur, hortatur: utqve timorem uâ ſecuritate leniret, deferri ſe in balineum jubet;

qvaſi repelli videbamus. *Hæc prima cauſſa. Jam ru-endio & terramotu Veſuvius mons multa atq; ingen-a in litus & mare provolverat.* *Hoc* ruinam montis *Quæ cùm non ſinerent appellere navem, ſanè obſta-tora id agitanti. Hoc alterum eſt, quod inſtitutum Pli-ſtrabatur: quod illis verbis*, ruinâqve montis ob-litora *expreſſit noſter*. Bu. f) *L.* cunctatus *ta.* g) *imitatio Virgiliana*, *qui lib. X. dixerat*: tes fortuna juvat. *An magis æmulatio Liviana?* *b. VIII. Belli Punici refert*, fortes fortunam juva-. h) *dirige curſum Stabias verſus, ubi erat Pom-us Plinii amicus, qui fugam parabat.* Cat. i) *Pli-deſcriptione Italiæ*, Stabiæ, *inquit*, in agro Cam-ppidum fuit usqve ad Cn. Pompejum & L. Car-Coſſ. à pridie Cal. Maji, qvo die Sylla legatus ſociali id delevit, qvod nunc in villas abiit. *Cat. ibaudi, Pomponianus.* l) *diviſus ſcilicet*, & *ſe-à tempeſtate ob portum, quem fuerat ingreſſus. non mirum, ſi in tuto erat Pomponianus, quamvis in-tùm illa loca habeant littora curva, quæ ſinum tutum reddant, & in ea paulatim mare infundatur.* Nam

jubet; lotus accubat, cœnat, atq; *n*) hilaris, a qvod æqvè magnum, ſimilis hilari *o*). Interi Veſuvio monte pluribus locis latiſſimæ *p*) fla mæ atqve incendia relucebant, qvorum ful & claritas tenebris noctis excitabatur *q*). Il agreſtium trepidatione igni *r*) relictas deſert qve villas per ſolitudinem ardere, in remedi formidinis, dictitabat: tum ſe qvieti dedit, qvievit veriſſimo qvidem ſomno. Nam mea animæ *s*), qvi illi propter amplitudinem cor ris gravior & ſonantior erat, ab iis, qvi limini c verſabantur, audiebatur. Sed areâ, ex qvâ di ta *t*) adibatur, ita jam cinere mixtisq; *u*) pun cib9 oppleta ſurrexerat, ut, ſi longior in cubic lo mora eſſet, exitus negaretur. Excitatus pro dit, ſeqve Pomponiano, cæterisqve qvi pervi

lara

Seneca monumentis reliquit, ab alterâ parte Pompejor Surrentinum Stabianumq; littus, ab alterâ Herculan ſe convenire, & mare ex aperto circumductum amœ ſimo ſinu cingere. *Cat.* n) *Scribo*, idq; hilaris. (

o) *Magni animi eſſe ſignificat, non modò vacare metu diſcrimine, & hilarem eſſe adeò; ſed tegere etiam, ſi q veremur, & fingere ac ſimulare poſſe hilaritatem. Sanè imperare hoc animo poteſt, ille nondum ſuccubuit affe penitus, & ſui adhuc quodammodò potens eſt. Neq; enim f tis & conſtans, qui nihil timet omninò, ſed qui regit timor & ita in illo ſe gerit, ne in ignavum atque degenerem dat.* Bu. p) latisſimè †. q) *id eſt, augebatur.*

r) *Sic editiones primæ; agnovitq; & Catanæus. Recen uti & Pal.* ignis. *Gru. Si legis* ignis, *junge cum* trepi tione. *Cat.* s) *reciprocatio ſpiritûs.* Cat. t) *& edd. vett.* zeta, *non* diæta, *ut novitiæ* Gru. u) n

reddit. In commune conſultant, an intra
ubſiſtant, an in aperto vagentur. Nam
; vaſtisqve tremoribus tecta nutabant, &
mota ſedibus ſuis, nunc huc, nunc illuc
aut referri videbantur: ſub dio rurſus,
vam levium exeſorumqve, pumicum ca-
tuebatur *x*). Qvod tamen periculorum
o elegit & apud illum qvidem ratio ratio-
pud alios timorem timor vicit. Cervicalia
ous impoſita linteis conſtringunt. Id mu-
tum adverſus decidentia *y*) fuit. Jam dies
llic nox omnibus noctibus nigrior den-
e: qvam tamen faces multæ variaqve lu-
olvebant. Placuit egredi in littus, & è pro-
aſpicere, ecqvid jam mare admitteret:
dhuc vaſtum & adverſum permanebat.
er abjectum linteum recubans, ſemel at-
rum frigidam popoſcit, hauſitq;: deinde
æ flammarumqve prænuntius odor ſulfu-
s in fugam vertunt, excitant illum. Inni-
ſervis duobus *a*) aſſurrexit, & ſtatim con-
), ut ego conjecto *c*), craſſiore caligine
ſpiri-

x) *Sichardina:* metuebant. y) inci-
z) innitens †. a) *propter molem, ſeu*
ſuprà loquitur, amplitudinem corporis. Bu.
dens interiit anno ſexto & quinquageſimo. Tran-
e viris illuſtribus, C. *inquit,* Plinius Secundus No-
nſis, cùm Miſenenſium claſſi præeſſet, & flagran-
'io ad explorandas propiùs cauſas, Liburnicas
iſſet, neqve adverſantibus ventis remeare poſſet,
ris ac favillæ oppreſſus eſt: vel, ut qvidam exi-

ſpiritu obſtructo, clauſoqve ſtomacho, q
natura invalidus & anguſtus & freqvent
teræſtuans *d*) erat. Ubi dies redditus, [is
qvem noviſſimè viderat, tertius,] corpus i
tum eſt integrum, illæſum opertumqve, u
rat indutus : habitus corporis qvieſce
qvàm defuncto ſimilior. Interim Miſeni
mater *f*). Sed nihil ad hiſtoriam, nec tu
qvàm de exitu ejus ſcire voluiſti. Finem e
ciam. Unum adjiciam, omnia me qvibus
fueram, qvæqve ſtatim qvum maximè ve
morantur, audiveram, verè perſeqvutur
potiſſima excerpes: aliud eſt enim epiſt
aliud hiſtoriam; aliud amico, aliud om
ſcribere. Vale.

17. CAJUS PLINIUS RESTITU
ſuo S.

Apud Reſtitutum, præclarum cauſidicum
nit indignationem ſuam, qvam conceper
qvosdam auditores, qvi recitanti amico nu
gnum lætitiæ dederunt.

ſtimant, à ſervo ſuo occiſus, qvem deficiens æſtu
cem ſibi maturaret, oraverat. *Cat.* c) colli
d) intus æſtuans †. *ebulliens cruditate, quod ſol*
re iis, qui non benè concoxerunt. Unde aquâ frigidâ
ter utebatur, ad id opportuno remedio, ſi Celſ
mus. Cat. e) *dormienti. Cornel. Nep. Alcib.* c
Illi cùm ferro aggredi non auderent, noctu lign
lerunt circà domum ſtramineam, in qvâ qvieſceb
qve ſuccenderunt. *Ita* qvies *pro ſomno uſurpatu*
Valerio Maximo, Macrobio, Ammiano, aliis.

dignatiunculam, qvam in cujusdam amici
ıditorio cepi, non poſſum mihi temperare,
minùs apud te, qvia non contigit *g*) co-
ı, per epiſtolam *h*) effundam. Recitabatur
r abſolutiſſimus: hunc duo aut tres, ut ſibi &
cis videntur, diſerti, ſurdis mutisqve ſimiles
iebant. Non labra diduxerunt, non move-
t manum, non deniqve aſſurrexerunt *i*), ſal-
ı laſſitudine ſedendi. Qvæ tanta gravitas?
tanta ſapientia? qvæ immò pigritia, arro-
tia, ſiniſteritas *k*) ac potiùs amentia, in hoc
ım diem impendere, ut offendas, ut inimi-
ı relinqvas, ad qvem tanqvam amiciſſimus
eris? DISERTIOR ipſe es? tanto ma-
ıe invideris. Nam qvi invidet, minor eſt. De-
vè, ſive plus, ſive minus, ſive idem præſtas,
la vel inferiorem, vel ſuperiorem, vel parem.
eriorem, qvia niſi laudandus ille eſt, non
es ipſe laudari; inferiorem aut parem, qvia
inet ad tuam gloriam, qvàm maximum vi-
, qvem præcedis vel exæqvas. Eqvidem
ıes, qvi aliqvid in ſtudiis faciunt *l*), venera-
iam mirariqve ſoleo. Eſt enim res difficilis,
ardua,

ſolverat Plinius major, & ibi noſtrum cum matre reli-
it. Noſter ſuprà [*lit. l. m.*] Erat Miſeni *&c.*
D. 17. g) *Sic malui cum Pal. & edd. vett. literâ*
, quàm ut recentiores, contingit. *Gru.* h) *Lege*
rchum in libro περὶ τοῦ ἀκούειν, ubi multa reperies ad
epiſtolam facientia. Gat. i) *Regredere ad pag. 99.*
k) *utetur hâc voce noſter & infrà lib. IX. ep. 5.*
præſtant. Ba. m) *Agnoſcit hanc ſcripturam Ca-*

ardua, faſtidioſa,& qvæ eos,à qvibus conten
tur, dedignatur *m*) : niſi forte aliud judica
qvanqvam qvis uno te reverentior hujus
ris, qvis benignior æſtimator *n*)? Qva rati
ductus tibi potiſſimùm indignationem me
prodidi,qvem habere ſocium maximè pote
Vale.

18. CAJUS PLINIUS SABINO ſuo S.

Sabino ſuum patrocinium pollicetur, id enim egerat, pro patriâ Firmo.

ROgas ut agam Firmanorum *o)* publica
cauſam : qvod ego, qvanqvam plurimis
cupationibus diſtentus,adnitar. Cupio eni
ornatiſſimam coloniam *p*) advocationis offi
& te gratiſſimo tibi munere obſtringere. N
cùm familiaritatem noſtram,ut ſoles prædic
ad præſidium ornamentumqve tibi ſumpſ
nihil eſt, qvod negare debeam, præſertim
patriâ petenti. QVID ENIM precibus
honeſtius piis *q*), aut efficacius amantis? F
inde Firmanis tuis, ac jam potiùs noſtris,ob
fid

tanæus, ut & alteram; contemnitur,invicem conten
quæ ipſa quoq; in Pal. & Vett. editionibus : nam Aldin
*bis exhibuit,*contemnitur, interit. *Gru.* n) *Pal*
quoq; noſter & edd. Vett. atteſtator. *Gru.*

EP. 18. o) *Firmum Piceni caſtellum, autore Pl*
ſecundùm Strabonem, oppidum. In quibusdam exemp
bus leges Formianorum , *poſſesſivum à Formiis*
ctum. Cat. p) *Romanam.* Cat. q) *L.* pii. *B*

m meam: qvos labore & ſtudio meo dignos ſplendor ipſorum, tum hoc maximè polli- r, qvòd credibile eſt optimos eſſe, inter qvos lis extiteris. Vale.

CAJUS PLINIUS NEPOTI ſuo S.

etituri magiſtratûs conſueverunt ſuffragatores itare, muneribus devincire, depoſitâ pecuniâ agia præſtinare. Hoc igitur referente Homulo enatum, ut Trajanus adiretur ad remedium ndum, Imperator lege latâ candidatorum ptûs reſtrinxit, & cavit, ut tertiam patrimo- artem conferrent in ea, qvæ ſolo continerentur. are qvum multi eſſent emptores, admonet Ne- m amicum, ſi cupiat Itala prædia vendere, n provinciis comparare, nunc eſſe tempus ido- m.

Cis tu acceſſiſſe pretium agris *r*), præcipuè uburbanis. Cauſa ſubitæ caritatis, res mul- gitata ſermonibus, proximis comitiis hone- imas voces Senatui expreſſit: *Candidati ne viventur, ne mittant munera, ne pecunias de- ant.* Ex qvibus duo priora tam apertè qvàm nodicè fiebant: hoc tertium, qvanqvam ultaretur, pro comperto habebatur. Homu- *s*) deinde noſter vigilanter uſus hoc conſen-

Ee ſu

P. 19. r) *Lego cum interrogatione:* Scis tu acceſ- pretium agris? *Nam re recenti ſcripta epiſtola, ut quod novum, nunciaret.* Caſ. s) *de* Homulo *ſeu, ut* ve-

tinerentur t); deforme arbitratus eu
norem petituros, urbem Italiamq; n
triâ, ſed pro hoſpitio aut ſtabulo u),
regrinantes, habere. Concurſant erg
certatim: qvicqvid venale audiunt, e
ut ſint qvoqve plura x) venalia, effic
inde, ſi pœnitet te Italicorum prædi
vendendi tempus y), tam hercule qv
vinciis comparandi, dum iidem z) ca
lic vendunt, ut hîc emant. Vale.

20. CAJUS PLINIUS CORN
Tacito ſuo S.

teresmea etiam hic vocant, Homullo, *dictu*
ep. 9. p. 147. d. t) *intelliguntur prata, a*
paſcua, vinea, horti, domus, area, & ſimilia. Ca
bulum *non ſolùm ſignificat receptaculum equ*
mentorum, ſed etiam pro cauponâ & hoſpitio
ſtando. Hinc ſtabularius *idem qui caupo.* Stab
ſive ſtabulor, *eſt diverto, commoror, & quaſi ſt*

Incitaverat Secundum Tacitus ad perqvirendum, qvos metûs & casûs ſuſtinuiſſet ardente Veſuvio, dum Miſeni cum matre relictus fuit ab avunculo. Proſeqvitur igitur, noto jam argumento, qvæcunq; paſſus ſit in illo turbine & caligine.

AIs te adductum literis, qvas exigenti tibi de morte avunculi mei ſcripſi *a*), cupere cognoſcere, qvos ego Miſeni relictus (id enim ingreſſus abruperam) non ſolùm metûs, verùm etiam casûs pertulerim. *Qvanqvam animus meminiſſe horret, incipiam b*). Profecto avunculo, ipſe reliqvum tempus ſtudiis (ideò enim remanſeram) impendi: mox balineum, cœna, ſomnus inqvietus & brevis. Præceſſerat per multos dies tremor terræ; minùs formidoloſus, qvia Campaniæ ſolitus *c*): illâ verò nocte ita invaluit, ut non moveri omnia, ſed everti crederentur. Irrumpit *d*) cubiculum meum mater:

EP. 20. a) *ſuprà epiſt. 16.* b) *Virgilianum carmen ex II. Æn. ubi introducitur Æneas dicturus Illienſe excidium, ſic exordiens v. 12.* Qvanqvam animus meminiſſe horret, luctuq; refugit, Incipiam. *Cat.* c) *Exhibere libuit ſcriptuтam exemplaris Palatini, confirmatam editionibus omnibus vetuſtis, etiam Aldinâ. Novatores nobis intruſerant;* minùs formidoloſus, qvi Campaniæ non ſolùm caſtella, verùm etiam oppida vexare ſolitus. *Prorſus contrà mentem Plinii; imò contrà veritatem. Legatur modò Seneca lib. VI. cap. 1. nat. quæſt.* Gru. *In Henricum Stephanum iſta dicuntur à Grutero. Nam Stephanus iſta è ſcholiis Catanæi, quòd neſcio cujus vitio faciem textûs induiſſent, in textum recepit ſuum.* d) *antiquiſſima lectio habet i*

cœperam, excerpo *e*). Ecce amic
qvi nuper ad eum ex Hiſpaniâ ve
& matrem ſedentes, me verò eti
videt, illius patientiam, ſecuritate
ripit: nihilò ſegnius ego intentu
Jam hora diei prima, & adhuc dü
langvidus dies; jam qvaſſatis ci
bus tectis, qvanqvam in aperto l
tamen, magnus & certus ruinæ me
mum excedere oppido viſum. Seq
attonitum, qvodqve IN PAVC
prudentiæ, alienum conſilium ſu
gentiqve agmine abeuntes premi
Egreſſi tecta conſiſtimus: multa
multas formidines patimur. Nam
produci juſſeramus, qvanqvam i
campo, in contrarias partes ageba
lapidibus qvidem fulta, in eodem
eſcebant. Præterea mare in ſe reſorl
re terræ qvaſi repelli videbamus. C

inſtantiùs, *Si frater* (inqvit), *tuus, tuus*
us f) *vivit, vult eſſe vos ſalvos : ſi periit,*
es voluit : proinde qvid ceſſatis evadere?
dimus, *non commiſſuros nos, ut de ſalute*
rti, noſtra conſuleremus. Non moratus,
ripit ſe, effuſoq; curſu periculo aufer-
c multò pòſt illa nubes deſcendere in
operire maria. Cinxerat Capreas *g*) &
lerat: Miſeni qvod procurrit *h*), abſtu-
um mater orare, hortari, jubere, *qvo-*

uſq; ut Dionyſium, Dionem, Appianum, Plutar-
utus potiùs, à Livio diverſus abeat, neq; Plinium,
ſapiat ſtylus : adhaec veriſimile ſit, ſi is verus auctor
m, qui Auguſtum ſunt inſecuti ad Trajanum uſq;,
um hominumq; illuſtrium vitas non omiſſurum,
opterea quod in Epiſtolis noſtri, qui ceteris laude
t, omnes penè paginas impleant. f) *Ita vetus*
tis, etiam Aldina, repetito illo tuus, *quod omiſſum*
[illegible] à recentioribus. Gru. *Ait*, frater

qvo modo fugerem: poſſe enim juvenem; ſe & annis & corpore gravem bene moriturum, ſi mihi cauſa mortis non fuiſſet. Ego contrà, *ſalvum me, niſi unà, non futurum:* deinde manum ejus amplexus, addere gradum cogo: paret ægrè, incuſatqve ſe, qvòd me moretur. Jam cinis, adhuc tamen rarus: reſpicio; denſa caligo tergis imminebat, qvæ nos, torrentis modò infuſa terræ, ſeqvebatur. *Deflectamus* (inqvam) *dum videmus, ne in viâ ſtrati, comitantium turbâ in tenebris obteramur.* Vix conſederamus *i*), & nox, non qvalis illunis aut *k*) nubila, ſed qvalis in locis clauſis lumine extincto: audires ululatus *l*) fœminarum, infantium qviritatûs *m*), clamores virorum: alii parentes, alii liberos, alii conjuges vocibus reqvirebant, vocibus noſcitabant *n*): hi ſuum caſum, illi ſuorum miſerabantur *o*): erant

h) *eminet.* Ba. i) *Legitur etiam,* viam deſerueramus. *Cat.* k) & †. l) *Cæſar in commentariis ululatûs etiam ad viros retulit, ſcribens* Gallorum ululatu confirmari animos in prælio. *Magis convenienter Tacitus locutus in libello de moribus Germanorum:* Ululatus, *inqvit,* fœminarum, & vagitus infantium. *Cat.* m) *ita Caſaubonus emendabat,* [*cùm aliàs foret,* qveritatûs.] Qviritare, *inqvit Varro,* dicitur is, qvi Qviritium fidem clamans implorat. *Id fiebat, cùm inclamarent,* Porrò Qvirites, *de quâ formulâ plura Briſſonius. Inde ad quosvis clamores miſerabiles traducitur hoc verbum: ut hîc ad infantium ploratûs. In Glosſis veteribus* Qviritans ἐπιβοώμενος *exponitur.* Bu. n) *an* poſcitabant *legendum? an potiùs hæc duo verba ſunt præcedentium gloſſa?* o) *ita Ca*[illegible]*ere jubet, pro* miſerebantur, *quod irrepſerat in*

ant qvi metu mortis mortem precarentur.
ulti ad Deos manûs tollere, plures, nuſqvam
n Deos ullos, æternamqve illam & noviſſi-
am noctem mundo interpretabantur *p*). Nec
fuerunt, qvi fictis mentitisqve terroribus ve-
pericula augerent. Aderant qvi Miſeni illud
iſſe, illud ardere, falſo, ſed credentibus, nun-
bant. Paululum reluxit; qvod non dies no-
, ſed adventantis ignis indicium videbatur:
ignis qvidem longiùs ſubſtitit: tenebræ rur-
, cinis rurſus multus & gravis. Hunc identi-
m aſſurgentes excutiebamus: operti alioqvi,
q; etiam obliſi pondere eſſemus. Poſſem glo-
ri, non gemitum mihi, non vocem parum
tem in tantis periculis excidiſſe, niſi me cum
nibus, omnia mecum perire, miſero, magno
nen, mortalitatis ſolatio credidiſſem *q*). Tan-

 dem

iones Henr. Steph. p) *Dio hanc ipſam Veſuvii con-*
rationem, quæ ſub Tito contigit, Lib. LXVI. narrans, καὶ
ων, inqvit, οἱ μὲν τοὺς γίγαντας ἐπανίςασθαι, οἱ δὲ καὶ ἐς
θ, ἢ καὶ πῦρ τὸν κόσμον ἀναλίσκεσθαι: Exiſtimabant
nulli, gigantes contrà ſe inſurgere; alii mundum in
os redigi, aut igne conſumi. *Nempe Epicurei & Stoici*
turum igne mundum, omniaq; in priſtinum, unde orta eſ-
, chaos recaſura ſtatuebant. Lucanus in I. ſic cùm com-
e ſolutâ Secula tot mundi ſuprema coegerit hora
tiqvum repetent iterum chaos omnia. *Atqve ab hâc*
ſſitate nec Deos ipſos excipiebant. Seneca Thyeſte: Tre-
ant, trepidant pectora magno Perculſa metu, ne fa-
Cunctá ruinâ qvaſſata labent, Iterumq; DEos homi-
q; premat Deforme chaos. *Et eò pertinet, quòd nonnul-*
refert noſter, dicerent, nusqvam jam DEOS ullos eſ-
Bu. q) *Senſus eſt: Si in hoc caſu aliquâ meliorum*

dem illa caligo tenuata qvaſi in fumum nel lámve deceſſit: mox dies verus *r*), ſol etiam fulſit, luridus tamen: qvalis eſſe, qvùm defi ſolet. Occurſabant trepidantibus adhuc oc mutata omnia, altoqve cinere tanqvam ni obducta. Regreſſi Miſenum, curatis utcun corporibus *s*), ſuſpenſam dubiamq; noctem ſpe ac metu exegimus. Metus prævalebat: n & tremor terræ perſeverabat, & pleriqve ly phati *u*) terrificis vaticinationibus & ſu aliena mala ludificabantur. Nobis tamen tunc qvidem, qvanqvam & expertis periculu &

ſpe ſuprà præſentium acerbitatem ſuſtuliſſem animum, poſſem gloriari, nec gemitum mihi, nec ſortem parùm diſſe vocem; etenim magnæ indolis ſignum, ſperare ſem Nunc cùm ex deſperatione id fecerim potiùs, & quia cr mundi finem inſtare, conſtantiæ & fortitudinis laudem reri haud poſſum; neq; enim virtus eſt, quod neceſſitat primitur. Interim tamen ignaviæ ſeſe vacare culpâ ſigni ut qui perſvaſerit animo, non eſſe ferendum ægrè aut d candum interitum, qui omnes eâdem involvat ruinâ. apud Tragicum ratione ſe conſolatur ac erigit chorus in caſu, cùm ait: Abeant qveſtûs! diſcede dolor! Vit avidus, qvisqvis non vult Mundo ſecum pereunte ri. *Bu.* r) *Al.* verè. *Neutrum eſt in Sichardinâ.*

s) *balineo, veſte, & cibo.* Cat. *Vid. & Gonſal. ad Petronii pariſſimum locum:* utcunqve curati triſtisſi exegimus noctem, *p. 298. item p. 388.* t) *ſic m quòd & agnoſceret Cataneus, & reſtaret in Pal. & in antiquis. Aliàs legebatur,* mentem, *quod paſſim obt* Gru. u) *fanatici, inſanientes: quod vulgò cre fuit, ut quicunq; nympham vidiſſet, furendi finem non ret. Seneca, ubi de terræ motu agit,* namqve *tradit,* al

& expectantibus *x*), abeundi conſilium, donec de avunculo nuntius veniret *y*). Hæc, neqvaqvam hiſtoriâ digna, non ſcripturus, leges *z*), & tibi, ſcilicet qvi reqviſiſti, imputabis, ſi digna ne epiſtolâ qvidem videbuntur. Vale.

21. CAJUS PLINIUS CANINIO ſuo S.

In Virginio Romano & morum probitatem & doctrinam laudat, præſertim in comœdiâ ſcribendâ, tam nova qvàm priſca temporum ſuorum ingenia non deſpiciens.

SUM ex iis qvi mirer antiqvos: non tamen, ut qvidam, temporum noſtrorum ingenia deſpicio. Neqve enim qvaſi laſſa & effœta natura *a*)

 tura *a*)

inſanos attonitisqve ſimiles diſcurrere fecit metus. Qvid mirum eſt, animos inter dolorem & metum deſtitutos aberrare? non eſt difficile inter magna mala deſipere. Itaqve leviſſima ingenia in tantum venére formidinis, ut ſibi exciderent. Inde inter bella erravére lymphatici: nec usqvam plura exempla vaticinantium invenies, qvàm ubi formido mentes religione mixta percuſſit. *Cat.* x) *Secutus ſum Modii exemplaria ſcripta,* [*cum quibus Aldi quoq; & Sichardi editiones faciunt.*] *Vulgati priùs:* & ea ſpectantibus. *Gru.* Expectantibus *legendum arguit & illud, quod ait tremorem terræ adhuc perſeveraſſe. Modius epiſt. 51. novantiq. Lect.* [*apud Grut. Tom. V. Lamp. p. 136.*] y) *Vox* veniret *abeſt à Sichardinâ: etiam, Grutero teſte, à codice Palatino. Nec in ſuo reperit eam Modius loco jam citato: qui, eleganter, inquit, intelligitur illud,* veniret, *ut antè inſtis,* nobis tamen ne nunc qvidem abeundi conſilium, *verbum* placebat, *aut ſimile quid.* z) *Senſus eſt: hæc, quæ nequaquam hiſtoriâ digna ſunt, leges quidem, ſed non ſcriptu-*

qvam hiſtoriâ digna, tibi imputabis, ſi dign
qvidem videbuntur. *Quæ ut rotunda atq*
ſic unicè convenire Plinio cenſeam, ut qui virtut
mè ſequebatur. Bu.

EP. 21. a) *Hoc plures aſſeruére. Sed con*
ſtro Columella ſentit præfatione elegantiſſimoru
câ librorum: itemq; Quinctilianus lib. I. c. 1. Q
cùm ex illorum opinione dependeat, qui mundun
nec interiturum, ſed æternum, ac unâ eademq;
per præditum ſtatuebant: capere conjecturam
rem noſtrum nec Stoicæ, nec Epicureæ ſectæ, cui a
ditus, ſed Ariſtoteleæ Philoſophiæ addictum fui
Ocellum Lucanum æternitatem mundi inprim
Quod Critolaus & Boethus poſtea, Peripatetici & i
quorum argumenta Philo, & ipſe hujus ſententia
περὶ ἀφθαρσίας κόσμου recenſet. Nam Stoici & E
origini ac fini, ita & ſenio obnoxium mundum
Quò illa Lucretii, qui de familiâ Epicuri fuit, per
de naturâ rerum: Jamq; adeò effœta eſt æta
tellus, Vix animalia parva creat. *Item cùm pa*
fine libri, ait, omnia paullatim tabeſcere & ir
lum, ſpacio ætatis defeſſa vetuſto. *Bu.*

ut nihil jam laudabile pariat †. c) V

iæ *d*) ſcriptam, tam bene, ut eſſe qvando-
oſſit exemplar. Neſcio an noris hominem,
qvam noſſe debes, eſt enim probitate mo-
ingenii elegantiâ, operum varietate mon-
lis. Scripſit mimiambos tenuiter, argutè,
ſtè, atqve *e*) in hoc genere eloqventisſi-
NULLUM EST enim genus, qvod ab-
um, non posſit eloqventisſimum dici *f*).
ſit comœdias, Menandrum *g*) aliosq; *h*)
s ejusdem æmulatus. Licet has inter Plau-
Terentianasq; numeres. Nunc primum
vetere comœdiâ, ſed non tanqvam inci-
, oſtendit: non illi vis, non granditas, non
litas, non amaritudo, non dulcedo,
non

ſub Virginiis f. 911. Neminem interim vidi, qui aliun-
m, quàm è Plinio afferret noſtro. d) *quid vetus*
lia, quid nova fuerit, pete infrà ex lit. i. k. e) *L.*
Ba. f) *Non una eloquentiæ forma ac ſpecies eſt,*
t aliis argumentis convenit. Quod ſi quis convenienti
que in eâ implevit partes, tùm eloquentiſſimè ſcripſiſſe
andus. Exempli gratiâ, Mimiambis *character pro-*
nuitas cum venuſtate argutiaq; eſt. Hanc ideam ſi
t expreſſit, ut nihil deſit, hic eloquentiſſimè mimiam-
ipſiſſe ſtatuendus eſt, licet grandis atque magnificus
uerit: neque enim decet hac forma id genus carmina.
ret igitur ab eloquentiæ regulâ, & ſibi corrumperet
m gloriam, qui ibi adhiberet. Neque enim qui quàm
imè ſemper, ſed qui pro re apta maximè dixerit, is
tiſſimus omnium eſt. Bu. g) *Menander hic no-*
œdiæ autor celebratur. Comœdias ergò, de quibus hîc
meminerimus intelligere ſcriptas ad exemplum novæ
iæ: dixerat enim, varietate operum monſtrabilem
irginium. h) *Philemona præſertim, quem Gel-*

non lepos defuit *i*). Ornavit virtutes, inſecta-
tus

lius aſſerit ſæpiùs de Menandro palmam retuliſſe. Cat.

i) *Omnis dicendi ratio tribus nixa eſt, ut doceamus, ut conciliemus, ut moveamus. Docemus argumentis, conciliamus moribus, affectibus movemus.* Vis & granditas *ad ultimam partem pertinet, & orationis affectæ virtutes propriæ ſunt. Nam naſcitur ex affectu* granditas, *quod Longinus etiam docet, nec ſine impetu ac vi affectus venit: percellitq; ac concitat magis, quod & impetum habet, & magnum eſt.* Subtilitas *tenuitatis, quæ granditati opponitur, virtus eſt, quæ in docendo ſive probando verſatur, in quo prima dicendi ratio ſita. Cicero Oratore:* Is eloqvens eſt, qvi & humilia ſubtiliter, & magna graviter, & mediocria temperatè poteſt dicere. *Lib. II. de Oratore:* Tres, *inquit*, in dicendo facultatis rationes, ut antè dixi: una conciliandorum hominum, altera docendorum, tertia concitandorum. Harum trium partium prima lenitatem orationis, ſecunda acumen, tertia vim deſiderat. *Ubi* acumen, *quæ eidem cum noſtro alibi* ſubtilitas *appellatur. Nam &* ſubtile *atque* acutum *idem conjunxit. Ut in Oratore:* Qvi in illo ſubtili & acuto elaboravit, ut callidè arguteq; diceret, nec qvicqvam altius cogitaret, hoc uno perfecto magnus orator eſt. Subtile *atque* acutum *nominat, quod paullò antè* enucleatum, *aliàs* ſummiſſum *vocaverat. Sequitur* amaritudo, *quam* fellis *nomine deſignat noſter, cùm de Martiale & ejus obitu ad Priſcum ſcribit.* Erat homo ingenioſus, acutus, acer, & qvi plurimum in ſcribendo & ſalis haberet, & fellis, nec candoris minus. *Eſt autem affectæ dictionis hæc ratio. Nam cùm ira & ſtomachus in convitiorum acerbitates procellasq; erumpit, tùm* amaritudo, *ſive maledicentia naſcitur. Noſter ſuprà Epiſt. 8. hujus libri:* vide attendas, ne in bilem aut amaritudinem vertat injuria. *Porrò ſicut* amaritudo *affectæ orationis, ut diximus, & granditatis ſocia eſt, ita* dulcedo *&* lepor *moratæ atque ſummiſſæ orationis dotes propriæ ſunt. Cicero Oratore, cùm de temperato & modico illo genere loqueretur;* Hoc in genere, *inquit,* nervo-

eſt vitia *k*), fictis nominibus decenter, ve-
ris

vel minimum, ſvavitatis autem vel plurimum. *Et*
: plurimumq; eſt in hâc orationis formâ ſvavitatis.
itatem vocat, quam noſter dulcedinem, *Græci* γλυκύτητα
runt. Mel vocat noſter lib. III. loco ſuprà allato. Ca-
n tàm rectè ac eruditè Virginium commendat Plinius,
in Comœdiâ veteri, in quâ ingenium experiri cœperat,
quas recenſet, orationis affectiones, diverſas licet contra-
, inter ſe, miſcuerit; quàm iniquè, ut ſummi viri exi-
unt, Plutarchus Ariſtophanem, [quem procul omni dubio
tus Virginius fuerat, ut regem & principem Comœdiæ
is,] reprehendit & inæqualitatis accuſat, cùm tumidum
ac grande, modò plebejum ac humile ſermonis genus af-
, contrà quàm fecerit Menander, qui ſibi ubiq; ſimilis ſit,
quabilitatis laudem tueatur. Sed fruſtrà Ariſtophanem,
ferre de eo judicium vellet, ad Menandrum exigit: fru-
ad novam comœdiam *reſpectum habet, cùm* veteris
ipem ad partes vocat. Quæ uti genere, ſic dictionis quoq;
planè diverſa à novâ erat: & ita fiebat, ut quæ in alterâ
eſſent laudes, in alterâ meræ culpæ fierent. De quo hoc
amen agendum pluribus haud eſt. Bu. k) *Vitæ hu-*
æ ſpeculum comœdia *eſt. Sicut in vitâ igitur virtutum*
& vitiorum exempla eveniunt, ſic in comœdiâ eadem
eſentantur. Atqui in novâ *exhibebantur tantùm ea, quæ*
viorum virtutum, ſic leviorum quoq; vitiorum, qualia
jorum ac privatorum, ſunt; cujusmodi ſtatûs perſonæ
lùm inducebantur. In veteri *contrà non privatorum*
nes tantùm, ſed principum Reip. ac civitatis etiam voca-
ur ad partes: nec oſtendebantur tantùm, verùm & acer-
iè exagitabantur; modò ſub fictis vocabulis, quæ ſola in
obtinebant, modò ſub veris, ac illis ipſis eorum, qui ta-
ntur. Sic apud Ariſtophanem non Chremylus tantùm
rio aliquis, quæ ficta nomina ſunt, ſed Cleo, ſed Nicias,
machus, & Socrates ipſe cum aliis, qui tùm vivebant,
um & adminiſtrabant Remp. & producuntur in ſce-
& traducuntur. Hoc eſt, cur Quinctilianus antiquam

ris uſus eſt aptè l). Circa me m) tu...
gnitate nimiâ modum exceſſit, niſi
men poëtis mentiri licet. In ſummâ
bo ei librum, legendumqve, immò

comœdiam fœcundiſſimæ libertatis, *atque in i*
viriis præcipuam *dixit. Nec aliunde naſcebatur*
granditas, quam in Virginio hic laudat Plinius, &
eruditorum admiratione Plutarchus, ut diximus [
ad cacozeliam in Ariſtophane interpretabatur.

l) *De ſenſu hujus loci ita mihi videbatur. Conſ*
mœdiam ſuam Virginius, ſecutus, ut puto, A
exemplum, maximè pro ſtatu præſenti civitatis a
Romani, ut quæ præclarè ibi à nonnullis aut ſecus
commendarentur ad æmulandum, vel taxarentur
Sed uti actiones hominum ſunt, ita nominibus hom
ſcuntur. Quare cùm intelligeret, auctores comæ
ex eo reprehendi potiſſimùm, quòd viros primari
ſub ſuis nominibus palàm illuſerint ac exagitarint
quòd id exempli peſſimi eſſet: quâ de cauſſâ & le
ea licentia fuit,] cavendum ſibi exiſtimavit, ne i
tium incideret, & in ſcribendis comœdiis verſare
quàm deceret ac fas eſſet. In quo hoc temperament
tum arbitror, ut quorum libidines rapacitasq́, a
ac faſtus & repræſentanda & inſectanda eſſent, fic
bus, ſed congruentibus tamen, & inducerentur, &
rentur; at quorum oſtentanda exornandaq́ virtu
illi ipſi ſub ſuis vocabulis producerentur in ſcenam
prehendere vitia, perſonis parcere, ut cauti ac cuſto
nis eſt: ſic neminem ſuâ privare laude, & eſt inge
mè, & qvemvis decet. Itaqve fictis decorè, veris nomi
uti, in loco eſt uti ac convenienter: hoc eſt, ut dece
eſt. Bu. m) *Legitur etiam,* meum. *Cat. Hi*
tur, cùm aliis illius temporis principibus ac præcl
tum Plinio etiam in illâ fabulâ datas fuiſſe partes,
luſtres virtutes non commendarentur tantùm, ſed v

n n) mittam tibi. Neqve enim dubito ſu-
um, ut non deponas, ſi ſemel ſumpſeris.
e.

CAJUS PLINIUS TYRONI ſuo S.

*aleſtrium Tyronem proconſulatum Bætica for-
m, monet exemplo Bruttiani, ne cui ſuorum
è credat. Is tamen dum eſſet in provinciâ,
e flagitiis ſocii ſui Atticini Cæſari ſcripſiſſet,
ſatus ab eo, eſt abſolutus damnato Atticino.*

MAgna res acta eſt omnium, qvi ſunt provinciis præfuturi, magna omnium, qvi ſe plicitero) credunt p) amicis. Luſtricus Bruttus q) qvum Montanum r) Atticinum s) comi-

---

modeſtiam interpretatur ipſe urbanè, attollerentur; enignitate nimiâ modum exceſſiſſe ſcribit. Bu. *ſic* memoriter tenere *fin. ep. 33. hoc libro.* Ba. *. 22.* o) *inconſultè, & parum cautè. Ita enim ſimpli- liquando pro ſtultitiâ ponitur, & providentiæ opponi-* u. p) *De credulitatis hoc vitio, & oppoſitâ ipſi e Caſaubonum vide ad Theophraſti charact. c. 18.* περὶ *es p. 365. 366. ubi Plinii hanc epiſtolam lectu digniſſimam* . q) *Hic eſt ille Bruttianus, quem tantoperè lau- artialis IV. lib.* [*ep. 23.*] Cat. *Nomen ejus non uno ſcribi video.* Bructianum *exhibet Sichardina;* Brutia- *Martialis: Glandorpius item f. 166. Onomaſt. & Voſſ. de Poet. Lat.* r) *Montanos multos comperio: n Montanum, Montanum Votienum, Montanum Hi- n declamatores; Montanum Traulum, Montanum m, Curtium Montanum, ad quem alibi Secundus. & Tacitus Senatorem fuiſſe memorat. L. præterea n Montanum VI. vir. ædil. II. vir. in memoriis munici- cini.* Cat. s) *Sic omnes, quas vidi, editiones.*

mitem *t*) ſuum in multis flagitiis depr
diſſet, Cæſari *u*) ſcripſit: Atticinus flagiti
didit, ut qvem deceperat, accuſaret. Re
cognitio eſt: fui in conſilio *x*); egit uter
ſe; egit autem carptim, & κατὰ κεφάλα
qvo genere veritas ſtatim oſtenditur. P
Bruttianus teſtamentum ſuum, qvod A
manu ſcriptum eſſe dicebat. Hoc enim &
na familiaritas, & qverendi *z*) de eo, qv
amaſſet, neceſſitas *a*) indicabatur. Enu
vit crimina fœda manifeſtaqve. Ille, qv

In ſcholiis Catanæi Attacinum *reperio. Attacum H*
urbs eſt. An Atacinum *ſcribemus, quomodo Varron*
cinum? t) Comitum *nomine veniebant illi, q*
conſules atq; Prætores in provincias ſequebantur,
juxta vel operæ officiiq; præſtandi gratiâ. Buchn. Le
u) *Trajano.* Cat. x) Conſilium *conſeſſus j*
eſt: hoc eſt, qui à Cæſare cognituro hanc cauſſam
lium adhibiti fuerant. Bu. y) per capita, *id e*
gendo tantùm capita rerum. Verti poteſt capitula
Plinio hujus avunculo. St. z) *ita vett. edd.* [*q*
& Caſaub. ſcribere jubet:] *recentiſſima quæque pe*
qværendi. *Gru. Confer ep. 29 hujus libri lit. o.*
cauſſas affert Plinius, cur productum ab ſe teſtamentu
Bruttianus, Atticini manu ſcriptum diceret. Prim
inde poſſet conſtare, quàm intimè ſibi familiarem At
Bruttianus habuerit: cùm teſtamenti ſcriptura aut ab
ſtatore perfici, aut non niſi illi committi ſoleret, quem
ſibi maximè crederet & haberet teſtator. Altera eſt, t
cognoſceretur, quàm juſtas & neceſſarias Bruttianus
di apud Cæſarem de Atticino habuiſſet cauſſas. Non
tamen, quomodo aut quâ ratione ex eo conſtare id po
id inveſtigandum & indagandum aliis relinquo. Bu
ſus eſt, Brutianus propterea ſuum teſtamentum A

jam ſui, manu ſcriptum protulit, ut eſſet apud
ne ejus perfidiæ argumentum ac τεκμήριον. Caſ.
editio vetuſtior: [non aliter Sichardina:] nec
uàm quod ipſe: rem geſſit. Vulgati hodie: ita
aut etiam, ſe geſſit. Gru. Ita excuſum oportuit.
nim eſt contrà in criminantem facere verba: niſi
em geſſit, quod in Palatino Gruterus invenit. Bu.
mentarios accipio eos, quos diurnos commen-
tonius in Auguſto, item diurnos actûs, vel acta
bi vocat: Qvotidiana Tiberianus apud Vopi-
Ephemeridas atq; Diaria appellarunt: ex eo,
otidianæ ibi annotarentur. In iis igitur commen-
erat etiam Bruttianus Atticini flagitia, quæ in
commiſerat. Cum ſcripſiſſet de illis, [cum diſſimu-
s haud poſſet,] Trajano, atq; id intellexiſſet At-
rupit Scribam Bruttiani, penes quem cura acto-
& interceptis commentariis heri reſecavit partes
rcidit, quibus de ejus flagitiis agebatur: ne argui
rerum Atticinus, quas ad Trajanum Bruttianus
t; & ſic per fraudem convinci Bruttianus poſſet
quod & falsò detuliſſe Atticinum. Quo nomine

Bruttiano, ſed ſtatim de Atticino perroga
Damnatus & in inſulam relegatus: Bru
juſtiſſimum integritatis teſtimonium red
Qvem qvidem etiam conſtantiæ gloria ſ
eſt: nam defenſus expeditiſſimè, accuſa
hementer; nec minus acer qvàm bonus
cerus apparuit. Qvod tibi ſcripſi, ut te ſo
provinciam *e*) præmonerem, PLURI
tibi credas, nec cuiqvam ſatis *f*) fidas: c
ſcias, ſi qvis fortè te, qvod abominor, fall
ratam ultionem: qvâ tamen ne ſit opus g
am atq; etiam attende. NEQVE ENIM t
cundùm eſt vindicari, qvàm decipi miſe
Vale.

2

tum iri haud parvam. Bu. d) *id eſt, ſtatuit. Sic rectè Pal. & vett. Malè recentiores,* pronunciavi *ſuluit enim Cæſar Senatores ipſos, voluitq; pronunci Bruttianum;* [*lapſus memoriæ*, in Atticinum *ſcri bebat Gruterus.*] *Sic de Auguſto Svetonius cap. 35.* tias de majore negotio, non more neqve ordine, ut libuiſſet, perrogabat. *Hæc ſcribo, quia minùs i id verbi Catanæus.* Gru. *Ita omninò legendum eſt, Gruterus monuit.* Perrogare *eſt omnium ordine, qui ſendum vocati, rogare ſententiam. Quo genere civil ſolebat Trajanus, nobilitatus eâ virtute Princeps. N perbi & arrogantes auditis paucis, plerisq; præterit tentiam ferunt. Noſter Paneg. cap. 60.* Parum eſt u riam venias, niſi & convocas; ut interſis Senatu præſides; ut cenſentes audias, niſi perrogas. *Id bum perrogare & apud Svetonium Auguſto cap. 35. Lampridium in Commodo legitur.* Bu. e) *B Hoc habes lib. VII.* Cat. f) *nimis. Ba.* g. *Se quamquam, ſi falli contingat, hoc æſſit ſolatii ex*

3. CAJUS PLINIUS TRIARIO *h)* ſuo S.

Triario promittit, ſe defenſurum cauſam qvam ibi commendaverat: hac conditione, ut ſecum ageret Cremutius Ruſo, nobilis juvenis, ſed in agendo tyro, qvem in forum producere cupiebat.

IMpensè petis, ut agam cauſam pertinentem ad curam tuam, pulchram alioqvin & famoſam. Faciam, ſed non gratis. *Qvî fieri poteſt* [inqvis] *ut non gratis tu* i)? Poteſt: exigam enim mercedem honeſtiorem gratuito patrocinio. Peto, atq; etiam paciſcor, ut ſimul agat Cremutius Ruſo *k*). Solitum hoc mihi, & jam in pluribus claris adoleſcentibus factitatum. Nam mirè concupiſco bonos juvenes oſtendere foro, aſſignare famæ. Qvod ſi cui, præſtare Ruſoni meo debeo, vel propter natales *l*) ipſius, vel pro-

exemplo, paratam deceptores manere pœnam. Potius tamen eſt cavere omnem deceptionem: ut ita nec ultione opus in illos ſit, qui deceperunt. Bu.

EP. 23. h) Triarius Maternus, *ſi Capitolino fidem præſtamus, Senator nobilis extitit. Eum milites, ſeditione motâ adverſus Pertinacem, in caſtra ducere voluerunt, utrebus Romanis præficerent: ſed ille nudus fugit, atque ad Pertinacem in Palatium venit, inde ex urbe deceſſit.* Cat. i) *cùm in cauſis agendis ſemper abſtinueris ab omni pecuniâ, dono, munere.* Cat. k) *cujus nullibi invenio factam mentionem, ſed tantùm* Ruſonis *liberti Cæſaris Dictatoris: & alterius fœneratoris.* Cremutium Cordum *commemorat Tranquillus.* Cat. l) *quia nobilis.* Natales *enim* pro

fuerit à nobis. NEQVE ENIM c
clarum ſtatim ingenium eſt, ut pc
re *o*),niſi illi materia,occaſio,fautor
mendatorq;, contingat. Vale.

24. CAJUS PLINIUS MAC
ſuo S.

Rem veriſſimam exemplo Arriæ, cujusdam ſuæ comprobat, multa eſſe fa digna, quæ jacent in obſcuro: quædam tolli, & per ora hominum ferri.

QVàm multum intereſt, qvid à q eadem enim facta claritate vel facientium aut tolluntur altiſſimè, mè deprimuntur *q*). Navigabam p

---

nobilitate poni receptum eſt. Nam Tranquillu rium deprecatum adulterii pœnam propter *majorum ſuorum nobilitatem.* Cat. m) *da lectione*, ſatisfacturum. *Cat.* n) *[illegible]*

ſexegit: neqve enim qvemqvam fide-
icaturum *t*), poſſetne ſanari. Vidit, de-
hortata eſt ut moreretur, comesq; ipſa
dux immò & exemplum, & neceſſitas
am ſe cum marito ligavit, abjecitq; in
Qvod factum ne mihi qvidem, qvi mu-
niſi proximè auditum eſt: non qvia mi-
clariſſimo Arriæ *u*) facto, ſed qvia minor
Vale.

JUS PLINIUS HISPANO *x*) ſuo S.

ſtus Ocriculum cum Scauro tendens, poſtea
v comparuerit: quare Vipſanus rogaverat

 Secun-

ipſum etiam minima queq; extolli. Οὐτιδανοὶ με-
γάλοι μέγα ῥέζομεν ἔργον, Οὔτινος εἰς μνήμην δὲ ἔχον
. Οἱ δ' ἀγαθοὶ κἂν μηδὲν, ἀνακηρύσσουσι δὲ μῦθοι,
εἶπεν ἀνὴρ, τοῦτ' ἀθάμαντι νόον. i. e. Obſcuri ho-
s magnum gerimus opus, Nullius ad memoriam

Senios, Robuſtum, ipſe ...
Romanum, cum Attilio Scau
meo *z*), Ocriculum uſqve commun
egiſſe *a*), deinde nuſqvam comparu
ut Scaurus veniat, noſqve, ſi poteſt
inqviſitionis veſtigia inducat. Veni
ne fruſtra. Suſpicor enim tale neſci
buſto accidiſſe, qvale aliqvando Met
municipi meo *b*). Huic ego ordin
traveram, atq; etiam proficiſcenti
ta *d*) millia nummûm ad inſtruen
nandumq; donaveram; nec poſtea
ejus, aut aliqvem de exitu nuntiun
tercept9 ne ſit à ſuis, an cum ſuis, du
non ipſe, non qviſqvam ex ſervis eju
Utinam ne in Robuſto idem exper

---

la vides, Vipſano. y) *Sic & Pal.* E
quòd quædam Acilio, *aliæ* Caro. *Gru.*
ſupra lib. V epiſt. ... a) *Ita iidem libr*

accerſamus Scaurum. Demus hoc tuis, is optimi adoleſcentis honeſtiſſimis preci- qvi pietate ſummâ, mirâ etiam ſagacitate m qværit. Dii faveant, ut ſic inveniat, n, qvemadmodum jam cum qvo fuiſſet e), ıit! Vale.

CAJUS PLINIUS SERVIANO ſuo S.

rviano Principi viro gratulatur, qvòd filiam Fuſco Salinatori uxorem dare decreviſſet: virtutes plurimùm probat, optatq; filios ſimi- naſci.

Audeo & gratulor qvòd, Fuſco Salinato- i f) filiam tuam deſtinaſti. Domus pa- , pater honeſtiſſimus, mater pari laude. eſt ſtudioſus, literatus, etiam diſertus; puer licitate, comitate juvenis, ſenex gravitate: e enim amore decipior. Amo qvidem ef- [ita officiis, ita reverentiâ meruit,] judi- tamen, & qvidem tanto acriùs, qvanto s amo: tibiq;, ut qvi exploraverim, ſpon- deo,

llis codicibus reperitur, qvadraginta. *Nam etiam hæc* *, [accedit ad mille aureos noſtræ monetæ,] munus ſimum eſſe videtur. Plinius ſanè liberalis fuit, non pro- ut teſtatur epiſtola 4. libri II. neq; uni huic beneſa- m habuit, ſed multis: quod ex his epiſtolis ſæpe ab eo apparet. Poſtremò vix eſt, ut grandiore ſummâ ad ndum ſe opus haberet, qui ad ducendos ordines profi- tur: non enim is tantus honos fuit. Sic Quintiliani ıpturæ* qvinqvaginta millia nummûm *confert, in- iſt. 32.* Caſ. e) *fuerit.* Ba.

. *26.* f) *de quo ſuprà libri hujus epiſt. 11.* g) *ex*

deo, habiturum te generum, qvo melior fingi ne voto qvidem potuit. Supereſt ut avum te qvam maturiſſimè ſimillimum ſui *h*) faciat. Qvam felix tempus illud, qvo mihi liberos illius, nepotes tuos, ut meos vel liberos vel nepotes, ex veſtro ſinu ſumere, & qvaſi pari jure tenere continget! Vale.

27. CAJUS PLINIUS SEVERO ſuo S.

Severum Conſulem à Trajano deſignatum, conſulentem qvid cenſeret in laudem Principis, docet Secundus exemplo ſuo, qvid faciendum: ſed illi datam materiam cenſendi & novã & majorem, rebus nuper ab Imperatore præclarioribus geſtis.

ROgas ut cogitem *i*) qvid deſignatus *k*) Conſul in honorem Principis cenſeas *l*). Facilis inven-

animo diligenter cauſas, cur eum laudo. Cat. h) *optimum virum, ſicut ipſe Fuſcus eſt.* Cat. *Suſpecta lectio.* Ba. *Inepta lectio, ſi quid judico. Ac miror, eruditum virum Catanæum hoc eſſe ſeqvutum. Lege,* ſimillimo ſui, *vel,* ſimillimi: *ſic lib. V.* [*epiſt. 6. p. 331.*] Videas avos proavosq; jam juvenum. *Placet tamen magis ſexto caſu.* Caſ. *Quid ſi,* ſimillimorum ſui?

EP. 27. i) *expendam, conſulam.* Ba. k) *Qui gerendo Conſulatui & aliis magiſtratibus deſtinabantur, ſolenni & proprio in iſtâ re verbo* deſignari *dicebantur: quod ad hunc Plinii locum obſervent tyrones. Gratianus Imperator epiſtolâ ad Auſonium:* Cùm de Conſulibus in annum creandis ſolus mecum volutarem, ut me noſti, atqve ut facere debui, ut velle te ſcivi, conſilium meum ad Deum retuli. Ejus autoritati obſecutus te Conſulem *deſignavi,* & *declaravi,* & priorem *nuncupavi. Ad quæ Auſonius gra-*

ntio, non facilis electio. Eſt enim ex virtu-
; ejus larga materia; tamen qvod ſentiam
Ff 5 indi-

lem [*n. 45. ubi p. 78. & locum præſentem Plinii pro paullò pòſt etiam de annariâ lege obſervatæ, de quâ C jacius lib. XVII. Obſerv. c 34. quos vide.* Bu. b *dum Inſubriæ. Nunc mutato nomine Papia appellatu omnium liberalium diſciplinarum ſaluberrimum g ſium.* Cat. c) *Comum.* Cat. d) *Manum modi tres ſolennes maximè, cenſus, vindicta, teſtame quos vetus Scholiaſtes Horatii ad Satyr. 7. lib. II. Sern notat, & JCti exponunt. His itaq; rationibus plena & libertas acquirebatur. Nam, qui apud amicos tantù numittebantur, pro liberis quidem gerebant ſe, nec j bant, & tamen verè liberi non erant, ſed potiùs in lib Aliud enim eſt* liberum eſſe, *aliud* eſſe in libertate, *Illuſtris Salmaſius eruditiſſimis commentariis de uſur modo, ubi de his ipſis manumittendi generibus dij* Vindictâ liberabantur, *qui apud Prætorem aut aliu giſtratum* [*ut hîc Proconſulem*] *liberabantur virgâ ſ ſtucâ impoſitâ in caput ſervi. Perſius Sat. V.* Vindictâ qvam meus à Prætore receſſi. Meus, *id eſt, liber: ſervus non ſuus, ſed domini eſt. Ac illa ipſa virga ſive ca,* vindicta *appellata ex eo eſt, quòd ſervi per eam li vindicarentur. Vetus Scholiaſtes Perſii ad modò citat cum:* Vindicta, *inquit*, virga eſt, qvâ manumitte Prætore in capite pulſantur: ideò dicta, qvòd eu dicat libertati. *Plutarchus de ſerâ Numinis vindict.* ... *appellat.* Ῥωμαῖοι δὲ, ὡς ἂν εἰς ἐλευθερίαν

ſule. Illi tam jucundum eſt *e*) qvod ego, qvàm mihi qvod tu jubes. Vale.

17. CAJUS PLINIUS CELERI ſuo S.

De recitatione plura diſſerit, ac rationes exponit, qvibus ſint orationes recitandæ, ſicut hiſtoriæ & carmina: & in tranſitu docet, qvomodo emendanda ſcripta. Inprimis monet, judicio multorum credendum, exemplo Pomponii Secundi, qvi judicio populi multum tribuit.

SUa cuiqve ratio recitandi; mihi, qvod ſæpe jam dixi, ut ſi qvid me fugit, ut certè fugit, admonear *f*). Qvò magis miror qvod ſcribis, fuiſſe qvosdã, qvi reprehenderent, qvod orationes

---

ξῦλον, κάρφος αὐτῶν λεπτὸν ἐπιβάλλουσι τοῖς σώμασι. Romani, qvos liberos emittunt, eorum corpori imponunt tenuem feſtucam. *Apud Proconſules autem in urbe manumitti haud poterat: at extrà urbem poterat. Nam ſimul egreſſi urbem eſſent, jurisdictionem habebant, ſed voluntariam. Marcianus JCtus L. omnes 11. D. de Officio Proconſ.* Omnes Proconſules ſtatim qvàm urbem egresſi fuerint, habent jurisdictionem: ſed non contentioſam, ſed voluntariam, ut ecce manumitti apud eos poſſunt tàm liberi, qvàm ſervi, & adoptiones fieri. *Ubi* liberi, *addicti ſunt: qui ſervi ut non ſint, ſunt tamen in ſervitute. Paulus JCt. L. XVII. D. de manumiſſis vindictâ:* Apud Proconſulem, poſtqvam urbem egreſſus eſt, manumittere poſſumus. *Hinc patet, cur Plinius hâc epiſtolâ ſcribat, Fabatum manumittere vindictâ poſſe, quos inter amicos proximè manumiſerat, ſi Caleſtrius Tyro, Proconſul Bæticis datus, provinciam petiturus ex itinere ad ipſum deflexiſſet.* Bu. *e*) eſt *non conſpicitur in Aldinâ & aliis veteribus.*

nes omninò recitarem: niſi verò has ſolas non putant emendandas. A qvibus libenter reqviſierim, cur concedant [ſi concedant tamen] hiſtoriam debere recitari *g*), qvæ non oſtentationi *h*), ſed fidei veritatiqve componitur; cur tragœdiam, qvæ non auditorium, ſed ſcenam & actores; cur lyrica, qvæ non lectorem, ſed chorum *i*) & lyram poſcunt. At horum recitatio uſu jam recepta eſt. Non ergo culpandus ego, ſed ille, qvi cœpit *k*): qvanqvam orationes qvoqve & noſtri qvidam & Græci lectitaverunt. Supervacuum tamen eſt recitare qvæ dixeris *l*). Etiam, ſi eadem omnia, ſi iiſdem omnibus *m*), ſi ſtatim recites: ſi verò multa inſeras *n*),

EP. 17. f) *Conf. lib. V. ep. 13.* g) *Teſtatur Tranquillus, hæc antea in uſu fuiſſe. Nam tradit, Auguſtum benignè & patienter audiſſe non tantùm carmina & hiſtoriam recitantes, ſed etiam orationes & dialogos.* Cat.

h) *Regredere ad p. 355.* i) *Induci chorum in lyricis monſtrat Horatii ſeculare carmen, quod à pueris & puellis in Capitolio cantabatur. In choris junctim omnes loquebantur quaſi voce confuſâ, & concentum in unam perſonam reformantes. Lege Jul. Pollucem lib. IV. quot nam chorum ingrederentur, & quæ eſſent ejus partes: Senec. XIII. epiſt. Macrob. lib. I. Saturn. Columell. XIII.* Cat. k) *Recepi lectionem Sichardinam: cui & ab Henr. Stephano ad marginem ejectæ, adſcripſerat Barthius: Hæc eſt vera lectio. Alias erat:* num ergò culpandus eſt ille, qvi cœpit? *in Palat. & Vett. edd. Grutero teſte:* non ergo culpandus eſt ille qvi cœperit. *Probarem, ſi fuiſſet,* qvi non cœperit. l) *apud judices peroraveris. Verba ſunt adverſariorum:* [*ut paulò ante:* At horum &c. Cat. m) *ita Sichardina. Alia*

el ſilentio vel aſſenſu aut ſuam aut amici ntiam ſeqvebatur. Tantum ille populo :. Rectè an ſecus, nihil ad me. Ego enim opulum advocare, ſed certos electosqve ,qvos intuear, qvibus credam, qvos deniq; qvam ſingulos obſervem, & tanqvam non lòs timeam. Nam qvod Marcus Cicero z) lo, ego de metu ſentio. TIMOR eſt e-lator acerrimus. Hoc ipſum, qvòd nos re-iros cogitamus, emendat; qvòd audito-ingredimur, emendat; qvòd pallemus, ſcimus, circumſpicimus, emendat. Proin-n pœnitet me conſvetudinis meæ, qvam imam experior: adeoqve non deterreor nculis iſtorum, ut ultro te rogem, mon-liqvid qvod his addam. Nihil enim curæ atis eſt. Cogito, qvàm ſit magnum dare d in manus hominum: nec perſvadere poſſum, non & cum multis & ſæpe tractan-qvòd placere & ſemper & omnibus cu-Vale.

AJUS PLINIUS CANINIO ſuo S.

lum perpetuum Comenſibus promiſerat Ca-, ſed verebatur, ne, ſi ſummam numeraſſet licæ, procedente tempore diſperderetur. Qva-nplo ſuo monet Secundus, ut ſe imitetur in eo

bro I. de Oratore, Stilus, *inquit,* eſt optimus & præ-imus dicendi effector atqve magiſter, *Cat.*

tiri Des agros b)? ut publicè
qvidem nihil commodius inveniſ
ipſe feci. Nam pro qvingentis mi
mûm d), qvæ in alimenta ingenuor
nuarumqve promiſeram, agrum f)
gè pluris actori g) publico mancipa

EP. 18. a) *Novocomenſibus. Collegit*
bro I. [*p. 6.*] *Caninium fuiſſe Comenſem.* C
dilabatur ad ſacros †. *Cui lectioni quanq*
qualemcunque interpretationem invenit,
deberi nos nulli dubitamus. c) ut pu
tur. *Ita Catanaus.* d) *quingentis ſeſterti*
ex quâ triginta ſingulis annis, ut mox exp
mentis ingenuorum redimebantur. Cat.
ſuprà lib. I. ep. 8. p. 24. m. f) *Vectig*
lit, deſinit Paulus JC. l. 1. ſi ag. vecti. Sed & ej
Plin. Cæcil. hoc loco. Alciat. I. parerg. 36.
Vett. & Pal. Noviſſimè cuſi exactori: *non*
aliis [*Caſaubono & Lipſio mox citandis*] *no*
Neq. aliter eruditus Catanæus. Sic apud Tac
in lib. II. Annal. Tiberius mancipari ſing

ectigali impoſito *i*) recepi, tricena millia
datuřus. Per hoc enim & reipublicæ ſors
, nec reditus incertus, & ager ipſe pro-
,qvod vectigali largè ſupercurrit *k*), ſem-
minum, à qvo exerceatur *l*), inveniet.
noro, me plus aliqvantò, qvàm donaſſe
,erogaſſe *m*), cum pulcherrimi ogri preti-
LI um

II. Annal. Tac. n. 55. p. m. 47. *De Actore præter Buchnerus hic & Levinum Torrentium ad Sueton. n. c. 11. conſulere jubet.* h) *vendidi, diſtraxi,* , [*factâ imaginariâ venditione Reip. noſtræ,*] *nullo illo precio recepto.* Cat. Mancipare *eſt mancu-* , *vendere. Tacitus Annali III. cap. 72.* Falanio ob- accuſator, qvòd venditis hortis ſtatuam Auguſti ancipaſſet. *Bu.* *Plinius* mancipare *non pro ven- tit, ſed pro alienare. Cùm enim vellet vectigal publicè n alimenta puerorum, id eſt, rentam conſtituere, ut lgi loquar, fundum ſuum imaginariâ venditione avit, & ſubinde vectigalem recepit.* Budæ. annot. *d Pand. p. 69.* i) *ut tenerer quotannis tricena ip. numerare. Vectigales agri vocantur, qui in per- locantur hâc lege, ut quamdiu pro iis vectigal pen- mdiu neq; ipſis, qui conduxerint, neq; iis, qui in lo- um ſucceſſerint, auferri eos liceat.* Cat. k) *Si- fructuum, quos facit ager, æſtimationem & pre- ltis modis ſuperare atq; excedere impoſiti vectigalis : itaq; nemini agrum illum damnoſum eſſe poſſe; & mper dominum qui exerceat, inventurum. Bu.* ercere agrum, *colere eſt. Virgil. I. Georg.* Exer- eqvens tellurem atq; imperat arvis. *Tacitus Agri- . 31.* Neq; enim arva nobis, aut metalla, aut por- bus exercendis reſervemur. *Severus Sulpicius, ele- tor lib. I. Hiſtoriæ Sacræ:* Turba inutilis ſervitio, dis colendisq; agris, ne incultum eſſet ſolum, a. *Bu.* m) *nam reſpectu reditus nihil amplius*

um neceſſitas vectigalis infregerit. Sed OPORTET privatis utilitatibus publicas, mortalibus æternas anteferre; multoq; diligentiùs muneri ſuo conſulere, qvàm facultatibus. Vale.

19. CAJUS PLINIUS PRISCO ſuo S.

Fanniæ valetudinem honeſtiſſimâ causâ contractam, apud Priſcum dolenter fert: ibiq; multa de illius ſanctitate, gravitate, conſtantiâ enumerat, qvantaq; cum ejus matre fuerit ſibi amicitia, ſanctiſſimis verbis proſeqvitur, & filiæ longiorem vitam precatur.

ANgit me Fanniæ *n*) valetudo. Contraxit hanc dum aſſidet *o*) Juniæ, virgini Veſtali, ſponte primùm, [eſt enim affinis,] deinde etiam ex autoritate Pontificum. Nam virgines, qvùm vi morbi atrio Veſtæ *p*) coguntur excedere, matrona-

donaverat: quia quod reliqvum erat, ipſius dominium erat, ſed hoc aliquantò plus donaverat. Si enim dominus agrum voluiſſet alicui vendere, minoris vendidiſſet reditùs ſuos, qui ſupercurrebant vectigali, quia totus ager erat obligatus Reip. Alia ſcriptura ſatis probata: Nec ignoro, meliùs aliqvanto, qvàm donâſſe videor, caviſſe. *Scio, inquit, diligentiùs providiſſe, ne ager meus negligeretur, quàm ut donum videretur tanti, quanti eſt.* Cat.

EP. 19. n) *de hâc ſuprà p. 194. y.* o) Aſſidere *propriè dicuntur, qui ægrotantibus ac decumbentibus præſto ſunt. Horat. lib. I. Serm. Sat. I.* At ſi condoluit tentatum frigore corpus, Aut alius caſus lecto te affixit, habes, qvi Aſſideat, fomenta paret, medicum roget, ut te Suſcitet. *Bu.* p) *ex domo Veſtalium, templo Veſtæ con-*

um curæ cuſtodiæqve mandantur. Qvo
re Fannia dùm ſedulò fungitur, hoc di-
ne implicita eſt. Inſident febres *q*), tuſſis
cit *r*), ſumma macies, ſumma defectio;
ıs tantum & ſpiritus viget, Helvidio ma-
hraſeâ patre digniſſimus *s*): reliqva la-
ır, meqve non metu tantum, verùm etiam
conficiunt. Doleo enim, maximam fœ-
m *t*) eripi oculis civitatis, neſcio an ali-

nter Capitolium & Palatium. Cat. *Ita appellaba-*
s Veſtalium habitationi deſtinatus, qui regiæ pars
i Pontifices. Gellius lib. I. cap. 12. Virgo Veſtalis ſi-
t capta, & in atrium Veſtæ dedu a, & Pontificibus
, eo ſtatim tempore ſine emancipatione ac ſine ca-
inutione e patris poteſtate exit. *Bu.* q) *Sic*
lib. I. ep. 22. [p. 71.] in credibilem *febrium* ardo-
Et lib. X. ep. 28. gravisſimis -- *febriculis* vexatus. *Ac*
ecentiores latinitatis auctores frequentius fermè plu-
numero in iſto vocabulo uti, contrà quàm veteres con-
nt. Prudentius agone Laurentii: Merſisne anhelat
s Atqve igne veratum furit? *Cœlius tardarum paſ-*
lib. V. c. 8. Dehinc perfectâ purulentatione rigor
is atqve tremor circumſcribitur, & *febrium* rece-
vietudo. *Apud Cornelium Nepotem etiam Attici vitâ*
veteribus, ut Schottus obſervavit, legitur, febresq;
ſſe ſenſit, *pro quo Lambinus* febremq; *edidit.* Bu.
rexis increſcit, *lectio Catanæo obſervata. Sichardina:*
ns febris tusſim ingesſit. *Pal.* Inſidens febris,
increſcens. *Inde factum editionibus exoletis:* Inſi-
bris, tusſis, orexis *&c. Gru.* s) *Ita omninò le-*
, certè ita diſtinguendum. Recentius enim editi: vi-
elvidio marito Thraſea patre dignisſima. *Gru.*
niana: animus tantum & ſpiritus vigent, H. m.
ignisſima. t) *Eadem editio Boxhornii:* Doleo

qvid ſimile viſuris. Qvæ caſtitas illius! qvæ ſanctitas! qvanta gravitas! qvanta conſtantia! Bis *u*) maritum ſeqvuta in exilium eſt, tertiò ipſa propter maritum relegata. Nam qvùm Senecio *x*) reus eſſet, qvòd de vitâ Helvidii libros compoſuiſſet, rogatumqve ſe à Fanniâ in defenſione dixiſſet, qværente minaciter Metio Caro *y*), *an rogaſſet?* reſpondit: *Rogavi. An commentarios* z) *ſcripturo dediſſet? Dedi. An ſciente matre? Neſciente.* Poſtremò nullam vocem cedentem periculo emiſit. Qvin etiam illos ipſos libros, qvanqvam ex neceſſitate & metu temporum abolitos *a*) Senatusconſulto publicatis bonis, ſervavit, habuit, tulitq; in exilium exilii cauſam. Eadem qvàm jucunda, qvàm comis, qvàm deniqve [qvod paucis datum eſt] non minùs

enim maximè, fœminam &c. u) *primò ſub Nerone, ſecundò ſub Veſpaſiano.* Cat. x) *de hoc ſupra p. 11. b.* y) *delatore notiſſimo ſub Domitiano.* Cat. z) Commentarii *propriè libri illi ſunt, qui materiam pleniùs uberiusq; ac ornatiùs pertractandam deinceps, nudè, ac ſine curâ dictionis conſignatam habent. Quales commentarii Cæſaris ſunt, quos de Gallico Civiliq; bello conſcripſit. De quibus ita Cicero in Bruto*: Commentarios ſcripſit valde qvidem probandos: nudi ſunt, recti ac venuſti, omni ornatu orationis, tanqvam veſte detracta: ſed dum voluit *alios parata habere unde ſumerent, qui vellent ſcribere hiſtoriam*, ineptis gratum fortasſis fecit, qvi illa volunt calamiſtris inurere, ſanos qvidem homines à ſcribendo deterruit. *Hirtius præfat. lib. VIII. de bello Gallico*: Adeo probantur [*Commentarii Cæſaris*] omnium judicio, ut præcepta, *non præbita facultas* ſcriptoribus videatur. *ibid.* a) *Nam exuſti in comitio fuerunt. Tacitus Agricola c. 2.* Legimus,

amabilis, qvàm veneranda! Erit ſanè,
poſtea *b*) uxoribus noſtris oſtentare poſ-
erit, à qvâ viri qvoqve fortitudinis ex-
ſumamus, qvam ſic cernentes audien-
niramur, ut illas qvæ leguntur. Ac mihi
s ipſa nutare, convulſaqve ſedibus ſuis
a ſuprà videtur, licet adhuc poſteros *c*)
t. Qvantis enim virtutibus, qvantisqve
aſſeqventur, ut hæc non noviſſima *d*) oc-
t? Me qvidem illud etiam affligit & tor-
qvòd matrem ejus *e*), illam [nihil poſſum
ius dicere] tantæ fœminæ matrem, rurſus
amittere, qvam hæc ut reddit ac refert
ſic auferet ſecum, meqve & novo pariter
iſſo vulnere afficiet. Utramq; colui, utram-
ilexi: utram magis, neſcio; nec diſcerni
ant. Habuerunt officia mea in ſecundis;
runt in adverſis. Ego ſolatium relegata-

 rum,

uleno Ruſtico Pætus Thraſea, Herennio Senecio-
tus Helvidius laudati eſſent, capitale fuiſſe: neqve
modò autores, ſed in libros qvoqve eorum ſævi-
legato triumviris miniſterio, ut monumenta cla-
rum ingeniorum in comitio ac foro urerentur.
*t tamen exemplar Fannia, & ſecum in exilium tulit,
cauſſâ relegata erat.* Bu. b) *ſuſpecta vox. L.*
ulâ. *Ba.* c) *ſive hæc epiſtola ſcripta fuerit ante
r.] ex libro IV. ubi meminit duas Helvidii filias in-
& intelligamus, tres liberos, duas fœminas & ma-
ve tantùm marem, nomine Velium Helvidium, cui
Noverca fuit.* Cat. d) *Verè dici poſſunt ſuæ
novisſimi, qui virtute [ſummâ] præditi nullos ſibi
ſimiles reliquerunt.* Cat. e) *Arriam.* Cat.

rum, ego ultor reverſarum *f*). Non feci tamen paria *g*), atqve eò magis hanc cupio ſervari, ut mihi ſolvendi tempora ſuperſint. In his eram curis qvùm ſcriberem ad te. Qvas ſi DEUS aliqvis in gaudium verterit, de metu non qværar. Vale.

20. CAJUS PLINIUS TACITO ſuo S.

Qvamvis ſæpiùs alibi teſtentur epiſtolæ Secundi qvantâ conjunctus Tacito fuerit amicitiâ, nullis tamen magis utriusqve familiaritatem & conjunctionem qvàm iſtâ recludit, ut & ſtudia & famam communem habuiſſe cognoſcatur, ſed totum ab ineunte ætate ad imitandum Tacitum dediſſe.

LIbrum tuum legi, &, qvam diligentiſſimè potui, annotavi, qvæ commutanda, qvæ eximenda arbitrarer. Nam & ego verum dicere aſſvevi, & tu libenter audire. NEQVE ENIM ulli patientiùs reprehenduntur, qvàm qvi maximè laudari merentur. Nunc à te librum meum cum annotationibus tuis expecto. O jucundas, ô pulchras vices! Qvàm me delectat, qvòd, ſi qva poſteris cura noſtri, usqveqvaqve narrabitur, qvâ concordiâ, ſimplicitate, fide vixerimus. Erit rarum & inſigne, duos homines ætate

f) *ſuſceptâ ultione Helvidii, & actione in Publicium Certum, de quo lege infrà lib. IX. ep. 13.* Bu. g) *Cùm multa contulerim, nondum æquavi magnitudinem tamen meritorum ejus. In rationibus cùm accepta & expenſa congru-*

opemodùm *b*) æqvales, nonnullius in
ominis, [cogor enim de te qvoqve par-
ere, qvia de me ſimul dico,] alterum al-
udia foviſſe. Eqvidem adoleſcentulus,
m tu famâ gloriâqve floreres *i*), te ſeqvi,
go, ſed proximus, intervallo *k*) & eſſe &
oncupiſcebam. Et erant multa clariſſi-
nia: ſed tu mihi [ita ſimilitudo naturæ
maximè imitabilis, maximè imitandus
s. Qvo magis gaudeo, qvòd, ſi qvis de
ermo, unà nominamur *l*); qvòd de te *m*)
ibus ſtatim occurro. Nec deſunt, qvi
noſtrûm præferantur *n*). Sed nihil inter-

qui edebant rationes, pariare *dicebantur. Quo*
anus uſus eſt L. IV. D. de manumiſſ. Alii, ut Pli-
a facere *dixerunt*: *Columella* paria cum ratio-
ere. *Inde ergò ſumta hæc loquendi ratio eſt. Con-*
reliqvari, Reſt bleiben: *quod verbum non ſemel*
legitur. Nam & reliqva *dicebantur, quæ ſolven-*
Reſte. *Noſter infrà lib. IX. ep. 37.* Reliqva cre-
s.

h) *nam Secundus junior erat.* Cat. *Sic Pal.*
dd. usque ad Aldinam, quæ uno alteroq́ verbo
etate & dignitate propemodum *&c. Sed ne ea*
novit Catanæus. Gru. *Ego verò non niſi uno ver-*
ate, *auctiorem Aldinam deprehendo. A quâ in*
oſteà migravit, non in Sichardinam tamen.
ama gloriaq́; floreret †. k) *Gaudet Secun-*
piſtolis inſerere Virgiliana carmina. Hic enim
318.] inquit: Primus abit, longeq́; ante omnia
Niſus Emicat, hinc longo ſed proximus inter-
eqvitur Salius. *Cat. Paulò aliter hæc tamen*
gilium leguntur. l) *libro IX.* [*ep. 23.*] *hunc*
larat. Cat. m) & ego de te. *Cat.* n) *Sic*

eſt meâ *o*), qvo loco jungimur: nam hoc ego primus, qvia tibi *p*) proximus. Qvin etiam in teſtamentis debes annotaſſe *r*), niſi qvis forte alterutri noſtrûm amiciſſimus *s*), eadem legata, & qvidem pariter, accipimus. Qvæ omnia huc ſpe-

Pal. & edd. Vett. [*& in his Aldina.*] *Aliæ*: qvi uni ut utriq; noſtrûm præferantur. *Neutrum ſatis aſſequor. Certè utrunq; contrà mentem Plinii, meâ quidem opinione. Voluit enim ſcriptum, eſſe quosdam, qui Tacitum dicerent potiorem Plinio, item qui contrà Plinium Tacito præponerent.* Gru. *Scribendum cenſeo*, qvi utrum utri noſtrûm præferant. *Sic conſtat ſenſus, quem rectè deprehendit Gruterus.* Utrum utri *eſt vel te mihi, vel me tibi.* Gro. *Mihi verò rectè interpretando effici videtur poſſe, ut lectio hîc à nobis recepta neutiquam Plinianæ menti adverſetur, ſecus atq; Grutero videbatur. Id nempe dicit Plinius: Scio eſſe, quibus nos in re literariâ non videamur ſupremi. Mihi verò ſatis eſt, quod quocunque nominemur loco, non divellimur. Certum enim habeo, te principem eſſe in ſtudiis: cum quo me qui jungunt, hoc ipſo aliis quoq; [utut præter opinionem ſuam] præferant me neceſſe eſt. Atq; ſic ſimul ſenſum ſequentium habes, ſatis illum quidem glorioſum, ſed Plinio, ſui paſſim laudatori, non inſolentem.* o) *Pal. & vett. edd.* Sed nonnihil intereſt meâ. *Gru. Aldina*: Sed nos nihil *&c. Quod ferri poteſt, ſi* nos *conſtruas cum* jungimur.

p) *Aliàs legebatur*, qvia tu. *Sed Gronovium hîc ſequor, qui pro* tu, tibi *ſcribit, & exponit: Eo ipſo me omnibus aliis prælatum puto, quia ſecundus à te ponor. Non multum abeſt à noſtrâ lectio Sichardi*: Nam in hoc primus, qvia tibi proximus. *Nec diſplicet Aldina*, [*quam & in quibusdam exemplaribus Catanæus deprehendit:*] Nam mihi primus, qvi à te proximus. r) *hoc*, debes *annotâſſe, neſcio an non pro gloſſâ ſit habendum. Quod ſi à Plinii manu eſt, parentheſi putem includendum.* s) *& ideò amiciori majora legata ſcribit.* Cat.

pectant, ut invicem ardentiùs diligamus, cùm ot vinculis nos ſtudia, mores, fama, ſuprema deniqve hominum judicia conſtringant. Vale.

21. CAJUS PLINIUS CORNUTO ſuo S.

Cornuto monenti, ut infirmitati oculorum conſuleret, ordinem vitæ ſuæ enumerat, & pro gallinis miſſis cum amico jocatur.

PAreo, collega *t*) chariſſime, & infirmitati oculorum, ut jubes, conſulo. Nam & huc, tecto vehiculo undiqve incluſus, qvaſi in cubiculo, perveni, & non ſtylo modò, verùm etiam lectionibus difficulter, ſed abſtineo, ſolisqve auribus *u*) ſtudeo. Cubicula obductis velis opaca *x*), nec tamen obſcura facio. Cryptoporticus qvoqve, adoperris inferioribus feneſtris, tantum umbræ qvantum luminis habet. Sic paulatim lucem ferre condiſco. Balineum *y*) aſſumo, qvia prodeſt: vinum, qvia non nocet; parciſſimè tamen. Ita aſſvevi, & nunc cuſtos *z*) adeſt. Gallinam, ut à te miſſam, libenter accepi; qvàm ſatis acribus oculis, qvanqvam adhuc lippus, pingviſſimam vidi. Vale.

EP. 21. t) *vel in Præfecturâ ærarii, vel in Conſulatu: nam utrumq; magiſtratum ſimul geſſére.* Cat. u) *alio legente.* Cat. x) *Celſus præcipit, in lippitudinis curatione primo die loco obſcuro cubare, & à ſermone abſtinere.* Cat. y) *Curatur lippitudo ſecundùm Celſum balineo, vino, quiete, abſtinentiâ.* Cat. z) *qui prohibet, ne ſuprà modum bibam.* Cat. *Uxor vel medicus* Ba.

22. CAJUS PLINIUS FALCO
ſuo S.

Indicat Falconi, Minutianum pro qvo i vērat tribunatum, eſſe virum dignitate, na facultatibus & ſtudiis ſummum.

MInus miraberis, me tam inſtante ſe *a*), ut in amicum meum confei bunatum, qvùm ſcieris, qvis ille qvalisq ſum autem jam tibi & nomen indicare ſcribere ipſum, poſtqvam polliceris. Eſt lius Minutianus, ornamentum regionis ſeu dignitate, ſeu moribus. Natus ſplend undat facultatibus; amat ſtudia, ut ſole peres. Idem rectiſſimus judex, fortiſſimu catus, fideliſſimus amicus. Accepiſſe te cium credes, qvùm propiùs inſpexeris nem, omnibus honoribus, omnibus titu hil volo elatius de modeſtiſſimo viro parem. Vale.

23. CAJUS PLINIUS FABAT
Proſocero ſuo S.

Monet Fabatum, ut domi præſtoletur adventum, neq; in itinere ei occurrat.

GAudeo qvidem, eſſe te tam fortem Mediolani occurrere Tyroni *d*) poſ

EP. 22. a) *fortaſſe coràm: Nam non e literæ, quibus hunc petierit.* Cat. b) *Tres Erat enim Corn. Minutianus Acilianus Brixienſi Adde, quæ diximus p. 45. g.*
EP. 23. c) *tàm firmum & valentem*, ἰσχυ

ut perſeveres eſſe tam fortis, rogo, ne tibi contra rationem ætatis tantum laboris injungas. Qvinimò denuntio, ut illum & domi, & intra domum, atqve etiam intra cubiculi limen expectes. Etenim qvùm à me ut frater diligatur, non debet ab eo, qvem ego parentis loco obſervo, exigere officium, qvod parenti ſuo remiſiſſet. Vale.

24. CAJUS PLINIUS GEMINIO ſuo S.

Quadratilla nepotem modeſtiſſimum tantâ reverentiâ educavit, ut quoties vellet ſpectare pantomimos, ſive ludere calculis, juberet illum abire. Quod poſt mortem aviæ cùm reſciſſet Secundus, cum magnâ admiratione & gaudio rem totam Geminio per epiſtolam expoſuit.

NUmidia *e*) Qvadratilla paulò minus octogeſimo ætatis anno deceſſit, usqve ad noviſſi-

ctu corporis enim & valetudinis fortem dixit [*ut ſuprà p. 227. o. & alibi paſſim.*] *Salvianus lib. I. de providentiâ :* Qvis tàm profundi cordis virum non admiretur, qvi merita religioſorum atqve virtutes tàm magnis retributionibus dignas putat, ut in præſenti hâc vitâ carnes & fortitudines corporum, præmia putet eſſe debere ſanctorum? *Et paullò pòſt :* opinor omnes omninò homines cibis ac poculis fortes eſſe, infirmos autem abſtinentiâ, ariditate, jejuniis. Fortisſima ligna *Cæſar lib. II. de Bello Civ. c. 2. dixit.* Bu. d) *Caleſtrio Tyroni Proconſuli, proficiſcenti in Hiſpaniam.* Cat.

EP. 24. e) Commidia †. *Pal. & edd. vett.* Unimidia. *Quod inde natum putarim, quoniam primam lite-*

viſſimam valetudinem viridis *f*), atqve etiam ultra matronalem modum compacto corpore & robuſto *g*). Deceſſit honeſtiſſimo teſtamento. Reli-

ram minio perſcribi vellent. Nam veroſimile eſt, hanc ſororem Numidii Quadrati, cujus meminit Tacitus ac Joſephus. Gru. f) *Viride eſt, quod adhuc plenum ſucci viget ac nitet: cui quod jam exaruit, emarcuitq́ ac flaccidum redditum eſt, opponitur. Quod quia in ſenibus evenit, idcircò Terentius* vietos & veternoſos *dixit. Nam* vieti *μεμαρασμένοι ſunt, id eſt, marcidi;* veternoſi, *quibus carnes deceſſère, ut in phthiſi ſolet fieri: nam &* veternus φθίσις, & veternoſus φθισικὸς *in gloſſis antiquis interpretatur.* Paſſos *Lucillius ſic, ut* uvas paſſas *dicimus, appellavit. Naſcuntur tamen nonnulli tàm vivido corpore, ut per ſenectutem etiam ſic quaſi juvenes vigeant, nec quicquam magnoperè de flore ac vigore corporis perdant. Sic Quadrat illa igitur Plinio dicitur* ad noviſſimam valetudinem viridis, *quod vegeto flori doq́ fuerit corpore, & nihil ſenile in eo, quamvis ſenex, paſſa ſit, donec noviſſimo morbo finiretur. Ejusmodi ſenectutem ſuprà & Spurinnæ tribuit noſter lib. III. epiſt. 1. Virgilius Charonti in VI. Æneidos, cùm ait:* cruda Deo viridisq; ſenectus. *Nam &* crudum *eſt, quod nondum ex maturitate aruit, & ſole excoctum; ſed adhuc valdè viride eſt. Lucanus enim lib. IV. refert, quomodo miles defectum aquæ suppleverit, & ſitim ſedarit:* Tunc herbas frondesq; terunt, & rore madentes Deſtringunt ramos, &, ſi qvos palmite crudo Arboris, aut tenerâ ſuccos preſſére medullâ. *Tacitus, manifeſtâ Maronis imitatione, Agricolâ cap. 29.* Affluebat omnis juventus, & qvibus cruda ac viridis ſenectus. Aqvilæ ſenectutem *Terentius dixit. Apud Palladium lib. VI. de re ruſt. tit. 17. præceptum eſt de* roſis viridibus *ſervandis, ut non exareant, & ultrà tempus anni haberi virides poſſint:* wie man friſche Roſen halten / und auſſer der Roſen-Zeit haben könne. Bu. g) *probè vincto nervis, atq́ ſic firmo, ſolido, robuſto: cui* fluxum *opponitur.*

it hæredes ex beſſe *h*) nepotem, ex tertia
ieptem. Neptem parum novi: nepotem
ariſſimè diligo; adoleſcentem ſingularem,
tantùm, qvos ſangvine attingit, inter pro-
os amandum. Ac primùm, conſpicuus
, omnes ſermones malignorum & puer &
s evaſit *i*): intra qvartum & viceſimum
n maritus, &, ſi Deus annuiſſet, pater. Vi-
contubernio aviæ delicatæ *k*), ſeveriſſi-
mè *l*),

Hiſtor. II. cap. 32. Germanos, qvod genus mili-
ad hoſtes atrociſſimum ſit, tracto in æſtatem bel-
s corporibus, mutationem cœli ſoliq; haud tole-
. *Livius lib. X. cap. 28.* Gallorum etiam corpora
antiſſima laboris atqve æſtûs fluere. *Quæ Florus
ap. 4. ita interpretatur*, qvæ mox, ut caluere pugnâ,
rem eunt, & levi motu, qvaſi Sole laxantur. *Co-
lib. VI. c. 1. de bubus parandis præcipiens:* Umbria,
rectos & albos, eademq; rubros, nec minus pro-
animis, qvàm corporibus. Hetruria & Latium
ctos, ſed ad opera fortes. *Ubi* compacti *ſtaturæ
ſunt, & quos* qvadratos *paullò pòſt appellavit: hæc
rpora inprimis probantur, ut maximè nervoſa & fir-
ibus inter ſe paullò arctius nexis. Celſus lib. II. cap. 1.*
habiliſſimum, qvadratum, neq; gracile, neqve
. Nam longa ſtatura, ut in juventâ decora eſt, ſic
ſenectute conficitur. Gracile *corpus, infirmum;
, hebes eſt Idem Columella eodem loco* crura com-
recta *in bubus probat: quæ Pallidius* ſolida, ner-
brevia *dixit. Hæc itaq;* compactum *notat: & ita ibi-
vicem* toroſam atqve compactam *in bove laudat.
Veſpaſiano cap. 20.* ſtaturâ fuit qvadratâ, compa-
nisq; membris. *Bu.* h) *duabus tertiis.* Cat.
dicitiâ vicit formam. Ba. k) *Minùs bene le-
aliàs* delicate. *Prodidi dudum in ſuſpicionum li-*

mè *l*), & tamen obſeqventiſſimè. Habebat illa pantomimos, fovebatqve effuſius qvam principi fœminæ conveniret. Hos Qvadratus *m*) non in theatro, non domi ſpectabat; nec illa exigebat. Audii ipſam, qvùm mihi commendaret nepotis ſui ſtudia, ſolere ſe, ut fœminam *n*) in illo otio ſexus, laxare animum luſu calculorum *o*), ſolere ſpectare pantomimos ſuos; ſed qvùm factura eſſet alterutrum, ſemper ſe nepoti ſuo præcepiſſe, abiret ſtuderetqve. Qvod mihi non amore ejus magis facere, qvàm reverentiâ

bellis, legendum videri, delicatæ. *Nunc teſtor, ita exſtare in exemplari Palatino,* [*nec aliter in Sichardinâ,*] *niſi quod idem adhuc perſcribat,* ſeverisſimæ & tamen obſeqventisſimæ: [*in quo quidem Sichardina non adſtipulatur.*] *Minus rectè. Mens enim eſt Plinii, nepotem nunc ſeverè educatum ſub aviâ delicatâ, quod ipſum ſatis evincunt verba, quæ ſtatim ſubſeqvuntur.* Gru. *Vera Palatini codicis lectio,* [delicatæ,] *& omninò recipienda. Senſus eſt, educatum Quadratum ab aviâ, delicatâ illâ quidem in vitæ cultu, ſed quæ ſeverè haberet nepotem morum diſciplinâ.* Delicata vivendi *ratio ex iis patet, quæ mox de Quadratillâ narrat noſter.* Severitas *diſciplinæ inde conſtat, quòd ſuis remisſionibus intereſſe nepotem paſſa haud eſt, de quo etiam paullò pòſt reddit.* Bu. l) *Nondum ſatis conſtitui, annon exiſtimare debeam, ſcripſiſſe Plinium* ſecurisſimè, *non* ſeverisſime, *hoc eſt, in ſumma à*[illegible]*, & peccandi impunitate.* Caſ. *Nempe videbat Caſaubonus, non ſatis bellè cohærere,* delicatè, *&,* ſeveriſſimè. *Mutari ergò cenſuit hoc alterum oportere; ſuſpicatus eſt. Sed non opus, ſi* delicatæ *ſcribamus, & referamus ad aviam.* m) *nepos Quadratillæ.* Cat. *De quo ſuprà p. 415. c.* n) *quæ neque civilibus negotiis, neq; externis illis diſtringitur. Quare libentiùs legerim* [*in proximè ſequentibus,*] ſexûs, *quam* ſenii. *Cat.* o) *Schacorum*

tiâ p) videbatur. Miraberis, & ego miratus ſum. Proximis ſacerdotalibus ludis q) productis in commiſſione r) pantomimis, qvùm ſimul theatro ego & Qvadratus egrederemur, ait mihi: *Scis me hodie primum vidiſſe ſaltantem aviæ meæ libertum?* Hoc nepos. At hercule alieniſſimi homines ſ) in honorem Qvadratillæ [pudet me t) dixiſſe honorem u)] per adulationis officium x),

[*ut vulgò dicimus,*] *de quibus Martialis*: Inſidioſorum ſi ludis bella latronum, Gemmeus iſte tibi miles & hoſtis erit. *Ovidius in arte:* Sive latrocinii ſub imagine calculus ibit, Fac præeat vitreo miles ab hoſte tuus. p) *Juven.* Maxima debetur puero reverentia, *&c.* Ba. q) *Sacerdotales ludi ſunt, quos ſacerdotes ob honorem ſacerdotii, ut cæteri magiſtratus, edebant. Origo ab Auguſto eſt, ut Gutherius lib. III. de vet. Jure Pontificio cap. 20. docet.* Bu. r) *Certamina non gladiatorum tantùm & athletarum, ſed artificum quoque, ut Mimorum, Muſicorum, Poetarum, Oratorum publicè inſtituebantur. Hæc igitur* commiſſiones *appellabant: nam committere eſt duos in certaminis aleam conjicere: Græci* δείξεις, ἐπιδείξεις, ἀγῶνας. *Non ſemel hæc vox apud Suetonium legitur: & à duobus maximis interpretibus in vitâ Auguſti ad caput 89. explicatur.* Bu. s) *nullo vinculo affinitatis Quadratillæ conjuncti pantomimi.* Cat. t) *L.* penè. *Ba.* u) *Corrigit ſe, quòd id, quod Quadratillæ mimi præſente Dominâ faciebant, non honor eſſet, ſed adulatio turpis.* Curſitabant, *quaſi cupidi eam videndi;* exultabant, *quaſi ex hilarati ejus aſpectu;* plaudebant, mirabantur, *ut gratulabundi, & qui magni facerent ipſius dotes. Sed non contenti* ſingulos *etiam* geſtûs Dominæ, *& eos* cum canticis reddebant, *id eſt, imitabantur & exprimebant, accinentes ſaltando aliquid, quo Dominæ laudes attollerent. Quæ omnia exactæ adulationis officia ſunt.* Cantica *propriè hiſtrionum, qui & ipſi* Cantores *dicti. Suetonius* Caligulâ

dabat a). Hæc ſcripſi qvia ſoles b), ſi qv
dit novi, non invitus audire: deinde,
cundum eſt mihi,qvod ceperim gaudi

---

cap.54. Deinde repente magno tibiarum ac ſca
crepitu, cum pallâ tunicaq; talari proſilnit, ac
cantico abiit. *Idem Nerone cap.39.* Datus Atel
hiſtrio in cantico qvodam ὑγίαινε πάτερ, ὑγίαινε
demonſtraverat *&c. Horatius epiſt. ad Piſones:* do
tor vos plaudite dicat. *Svetonius Caligulâ dicto lo*
Cantor atqve ſaltator. *Vide Livium lib. VII. c.*
ab origine habes, & Joſephum Scaligerum ad
lii. Bu. x) *Aldina:* [pudet me dixiſſe hon
adulationis officium] *Emendabam olim;* [pud
xiſſe honorem, adulationis officium] in thea
neque adhuc pœnitet. Gru. y) *artis ſuæ bi*
quam præſtiterunt in theatro in honorem Quadr
Tacitus theatrales artes *ſcenicas & hiſtrionales*
vit. Cat. z) *appendicem, id quod additur*
bitum: vocabulum fictum à corollis, quòd actorib
nâ, qui placuerant, dari ſolitæ forent. Tranquil
c.45.] Corollaria & præmia alienis qvoqve m

do retractare c). Gaudeo enim pietate de-
ſtæ, honore optimi invenis: lætor etiam
d domus aliqvando Caji Caſſii, hujus qvi
ianæ ſcholæ princeps d)& parens fuit e), ſer-
domino non minori. Implebit enim illam
dratus meus, ut decebit, rurſusq; ei priſti-
dignitatem, celebritatem gloriamq; red-
qvum tantus orator inde procedet, qvantus
ille conſultus. Vale.

CAJUS PLINIUS RUFO ſuo S.

*xemplo Terentii Junioris Rufum monet, qvan-
doctrinam & eloqventiam latere in habitu pa-
. Hoſpitio enim ab illo ruri ſuſceptus, qvùm
bus ruſticis Secundus loqvi cœpiſſet, ſtatim ſer-
e utroq; puriſſimo à Terentio revocatus eſt ad
a.*

Mm O qvan-

*d Grut V. Lamp. p. 242.] Admitto ſcripturam mem-
riam Neuſletteri. Vulgati enim recentius:* Hæc ſcripſi
ſoles. *Sed enim antiquitus cuſi non agnoſcunt vocem
i, ut nec Pal.* Gru. c) *renovare.* Cat. d) *C.
m Longinum intelligit, qui præfuit Syriæ, & legum
à temporibus Claudii cæteros præminuit, ut Tacitus
t Annali XII. cap. 11. & 12. Ab eo* Casſiani *dicti, qui
acita amplectebantur, quemadmodùm contrà* Pro-
ani *qui Proculi doctrinam tuebantur. Itaq; duæ ſectæ
holæ JCtorum tùm erant, altera* Casſianorum *& alia*
lejanorum. *Vide Pomponium JCt. L. II. ſub. fin. D.
igine Juris.* Bu. e) *Pal. & edd. vett.* princeps
ens. *Neotericæ voculam adjecerunt,* fuit, *non neceſ-*
Gru.

EP. 25. f) *acturi cauſas.* Cat.
ri. Cat. h) Terentium Max. *Cæſaris in*
curatorem ex epiſtolà Domitiani conjectare li
ſephum invenio Terentium Rufum *cum Tit*
tione Hieroſolymarum. Terentium Gentian
deteſtatus eſt, quod ipſum videret diligi à Sen
Imperatorem futurum. Terentium Priſcum
mine celebrat, tanquam Poetarum præſidium.
lib. VIII. [*ep. 15.*] *& IX.* [*ep. 12.*] *ſcribit Sec*
i) *Svetonius Claudio cap. 25.* Eqveſtres m
dinavit, ut poſt cohortem alam, poſt alam
Legionis daret. *In quo loco hæret eruditiſſim*
nec quicquam expedit. Optimè Caſaubonus in
eas accepit, non quæ pedeſtri oppoſita eſſent, ſ
utroq; in genere ſoliti juvenes loco equeſtri na
ſibi ad Senatoriam dignitatem pararent : qu
Tractatu ad Polybium de Romanorum militi
pſium, [*qui* Semeſtres militias *apud Sveto*
bat,] *executurum promittit. Sed nihil ejus ha*
dolet ſanè, editum eſt. Cæterùm haud alit
eqveſtres militiæ *ſunt præſenti loco. Cui ſ*
ille Svetonii, ſive quicunq; auctor eſt, vitæ Plin
nio inſcribitur, ipſo principio : Plinius Secun
menſis, *inquit,* eqveſtribus militiis induſtriè

n procuratione Narbonenſis provinciæ *k*) ;errimè functus, recepit ſe in agros ſuos, paqve honoribus *l*) tranqvilliſſimum otium ulit. Hunc ego, invitatus hoſpitio, ut bo- patremfamiliæ, ut diligentem agricolam ebar, de his locuturus, in qvibus illum ver- utabam. Et cœperam, qvùm ille me doctiſ- ſermone revocavit ad ſtudia. Qvàm terſa

Mm 2 omnia!

gitioſis puritas. Ita ſeverè ac integrè provinciam re- *Tacitus: qui & Proconſulatum* integrum *dixit, in- & incorruptè adminiſtratum.* Militiæ, *gradûs militiæ exempli gratiâ* Centurionatus *ſeu* Tribunatus co- s, Præfectura alæ, Tribunatus Legionis. Procura- s, *munia ſive officia* Procuratorum *ſunt, qui vel mit- r in provincias cum Præſidibus ad colligendos & ero- s reditus, [nam Præſidum jurisdictio eſt, & quæ tuen- ſunt,] vel ut ipſi præſint; in minores puta: de qui- ura & eruditè Lipſius ad XII. Taciti Annalem. Hinc* rare *eſt procuratione defungi, ſeu procuratorem pro- eſſe. Noſter ſuprà lib. III. ep. 5.* Cùm procuraret in niâ. *Infrà etiam epiſt. 31 hujus libri,* præfecturam *uæ equeſtris militia,* procurationes *ſeqvuntur.* Bu. *Narbonenſis provincia pars Galliarum, quæ interno illuitur, braccata antè dicta, amne Varo ab Italiâ di- Alpiumq; jugis, à reliquâ verò Galliâ latere ſepten- li, Gebennâ & Jurâ. In eâ Narbon emporium & civi- ide illa provincia denominationem accepit.* Cat. Paratos honores *dignitatem Senatoriam & magiſtra- vellat, quò jam patebat aditus equeſtribus militiis & curatione defuncto.* Parati honores *ſunt in aperto po- quos ſine negotio conſequi poſſis. Supra lib. VI. ep. 10.* 1 oblivio, *eſt facilis. Sic* fructus paratus *lib. II. ep. 10. s atq; ad manum eſt, ſive obvius: hoc enim cum alte- ixit, cùm* obvium & paratum humorem *diceret* lib.

omnia! qvàm Latina! qvàm Græca *m*)! Nam tantum utrâqve lingvâ valet, ut eâ magis videatur excellere, qvam cummaximè loqvitur. Qvantum ille legit? qvantum tenet? Athenis vivere hominem, non in villâ, putes. Qvid multa? Auxit ſolicitudinem meam, effecitqve, ut illis, qvos doctiſſimos novi, non minùs hos ſeductos *n*) & qvaſi ruſticos verear. Idem ſvadeo tibi. Sunt enim ut in caſtris, ſic etiam in literis noſtris, plures cultu pagano *o*), qvos cinctos & armatos, & qvidem ardentiſſimo ingenio *p*), diligentiùs ſcrutatus invenies. Vale.

26. CAJUS PLINIUS MAXIMO ſuo S.

Morbo amici ſcribit ſe admonitum, dum ſumus inſir-

---

ejusdem epiſt. 17. Bu. m) tam latina, qvàm græca. *Sic apparet apud Catanæum fuiſſe.* n) *in ſeceſſu viventes & ab celebritate hominum remotos.* Bu. o) *non militari.* Paganus *enim &* miles *in jure paſſim opponuntur. Infrà lib. X. ep. 18.* Et milites & pagani certatim ei testimonium retribuerunt. Cultus paganus, *qui ſine cingulo & armis eſt: illis enim militaris cultus cenſetur. Servius ad illud Virgilii Æneid. IX.* Diſcinctos Afros: Diſcinctos, *inquit*, inhabiles militiæ: nam omnes, qvi militant, cincti ſunt. *Inde* cingulum *prò honore militiæ: & militandi jure: quòd ſumto cingulo & ſumeretur militia, & poſito poneretur. Prudentius agone Emetherii & Chelidonii:* Nec rudem crudi laboris antè vitam duxerant Milites, qvos ad perenne cingulum Chriſtus vocat. *Severus Sulpitius Dialogo II. de virtutibus Martini. cap. 7.* Miles qvidam, cingulum in Eccleſiâ, monachum profeſſus, abjecerat. *Bu.* p) *in lectione Catanæi vocula duæ*, & qvi-

mi, nullis nos vitiis detineri. Qvare hortatur Maximum, ut tales velint eſſe ſani, qvales in-i ſe futuros ſpondent.

Uper me cujusdam amici languor admonuit, OPTIMOS eſſe nos dum infirmi us. Qvem enim infirmum aut avaritia aut do ſolicitat? Non amoribus ſervit, non ap- honores, opes negligit, & qvantulumcun-, ut relicturus, ſatis habet. Tunc Deos, tunc inem eſſe ſe meminit *q*); invidet nemini, inem miratur, neminem deſpicit, ac ne ſer-ibus qvidem malignis aut attendit, aut ali- balinea imaginatur & fontes. Hæc ſumma rum, ſumma votorum; mollemqve in po-m & pingvem *r*), ſi contingat evadere *s*), eſt, innoxiam beatamqve deſtinat vitam. ùm ergò qvod pluribus verbis, pluribus eti- voluminibus philoſophi docere conantur,

, nullæ apparent. Sic enim ille: armatos ardentisſimo nio *duo miſcuit, militiam & doctrinam, & quan-* cinctos & armatos *transferri posſint ad poſterius: ta- melius eſt, ut militiam reſpiciant, &,* ardentisſimo nio, *doctrinam, ut aliquid proprii unicuiq; asſignetur. Catanæus.*

P. 26. q) *Suſpicabar aliquando:* tunc Deos, tunc ines eſſe meminit, *ut ſit ſimile illi Salluſtiano Jugurth.* *24.* Jugurtham tanta libido exſtinguendi me invaſit, q; vos, neq; Deos immortales in animo habeat, *&c.* *m ut video nihil variare exempla vetera, jam non ul- ertendo, utique, cùm & vulgato ſuus ſit quoque ſen-* ru. r) *Hic interpungendum, ut* mollem & pin-, *perinde ut, quod ſequitur,* innoxiam beatamqve, *ad*

ipſe breviter tibi mihiq; præcipere, ut TALES ESSE ſani perſeveremus *t*), qvales nos futuros profitemur infirmi. Vale.

27. CAJUS PLINIUS SURÆ ſuo S.

Qværit à Surâ, an veræ ſint apparitiones, quæ græcè Phantaſmata dicuntur, & exemplo Curtii Ruſi ac Athenodori philoſophi, poſtremò ſuorum, confirmat eſſe vera: ſed dum qværit, amicum docet.

ET mihi diſcendi & tibi docendi facultatem otium præbet. Igitur perqvàm velim ſcire, eſſe phantaſmata *u*), & habere propriam figuram nu-

vitam *referatur. Barthius cùm omiſſum videret comma poſt* pingvem *in ed. H. Stephani*, mollemq; *mutaverat in* mollem, *ut conſtructio eſſet*, evadere mollem. *Sed* mollis vita & pingvis *Plinio, quæ inter balinea & fontes agitur.*

s) *Sanitatem recuperare.* Cat. t) *Græcum loquendi genus imitatur. Neq; enim illud*, ut tales eſſe ſani perſeveremus, *aliud ſonare puto, quàm quod Græci dicerent,* ὡς ὑγιαίνοντες [*vel* ἐν τῷ ὑγιαίνειν] τοιοῦτοι διατελῶμεν ὄντες. H. Steph. in fine præf. p. 43.

EP. 27. u) *Sichardina:* eſſe aliqvid phantaſmata. *Exiſtimamus, legendum eſſe* phaſmata: *quam noſtram ſententiam multis rationibus alibi aſtruimus. Video enim, non ſolùm vulgus, ſed etiam ſummi in literis nominis viros ignorare, quid & quomodo differant hæc duo vocabula.* Caſ. *Caſaubonus legendum exiſtimabat,* phaſmata: *eſſe enim diſcrimen inter has duas voces, quæ malè confunderentur. Veteres gloſſæ:* φάντασμα, Larva, Viſio vana, oſtentum. φάσμα, Moſtellum. *Ex quo Plautinæ Comœdiæ* Moſtellariæ, *nomen: à monſtris ſcilicet ſeu ſpectris quæ fieri in Theuropi-*

numenqve aliqvod putes, an inania & vana *x)* ex metu noſtro imaginem accipere *y)*. Ego ut eſſe credam, imprimis eo ducor, qvòd audio accidiſſe Curtio Rufo *z)*. Tenuis adhuc & obſcurus

de ædibus fingebat Tranio, iſtis, de quibus infrà in Athenodori hiſtoriâ exponit Plinius, perquam ſimilia. Nam & monſtra *pro ſpectris ponuntur. Plautus dictâ Comœdiâ act. II. Sc. 2. v. 74.* Qvæ hîc monſtra fiunt, anno vix poſſim eloqvi. *Noſter hâc epiſtolâ :* domus tota illi monſtro relicta. *Bu.*

x) inanem & vanam. *Catanæus legiſſe videtur. In Sichardinâ eſt,* inanem & variam. y) *Lucretius lib. IV. multis explicat, eſſe phantaſmata, & volitare ultrò citroq; per auras, quasdam ſcil. tenuiſſimas omnium formarum exuvias. At Lucianus in philopſeude cùm plurimorum teſtimonio diſſerat, eſſe phantaſmata, demùm more ſuo hanc opinionem damnat.* Cat. z) De origine Q. Curtii Rufi, qvem gladiatore genitum qvidam prodidère, neq; falſa promſerim, & vera exeqvi pudet. Poſtqvam adolevit ſectator Qvæſtoris, cui Africa obtigerat, dum in oppido Adrumeti vacuis per medium diei porticibus ſecretus agitat, oblata ei ſpecies muliebris ultra modum humanum, & audita eſt vox : *Tu es, Ruſe, qui in hanc Provinciam pro Conſule venies :* Tali omine in ſpem ſublatus, digreſſusq; in urbem & largitione amicorum, ſingulari ingenio Qvæſturam, & mox, nobiles inter candidatos, Præturam Tiberii principis ſuffragio aſſeqvitur, cùm hiſce verbis Tiberius dedecus natalium ejus velaciſſet : *Curtius Rufus videtur mihi ex ſe natus.* Longâ poſt hæc ſenectâ, & adverſus ſuperiores triſti adulatione, arrogans minoribus, inter pares difficilis, conſulare imperium, triumphi inſignia, ac poſtremò Africam obtinuit, atq; ibi defunctus fatale præſagium implevit. *Hæc Tacitus* [*lib. XI. annal. p. m. 122.*] Cat. *Hunc Taciti Curtium eundem eſſe cum Curtio Plinii noſtri, res ipſa loquitur. Incertum, an idem ſit etiam cum Curtio, quem Tranquillus in album clarorum* Rhe-

rus obtinenti Africam comes hæſerat. Inclinato die ſpatiabatur in porticu: offertur ei mulieris figura, humanâ grandior pulchriorqve: perterrito, Africam *a)* ſe, futurorum prænuntiam, dixit: iturum enim Romam *b)*, honoresqve geſturum, atqve etiam cum ſummo imperio in eandem provinciam reverſurum, ibiqve moriturum. Facta ſunt omnia. Præterea accedenti Carthaginem, egredientiqve navem, eadem figura in littore occurriſſe narratur. Ipſe certè implicitus morbo, futura præteritis, adverſa ſecundis auguratus, ſpem ſalutis, nullo ſuorum deſperante, projecit. Jam illud, nonne & magis terribile, & non minus mirum eſt? qvod exponam ut accepi. Erat Athenis ſpatioſa & capax domus, ſed infamis & peſtilens *c)*. Per ſilentium noctis ſonus ferri, &, ſi attenderes acriùs, ſtrepitus vinculorum longiùs primo, deinde proximo *d)* reddabatur: mox apparebat idolon *e)*, ſenex

torum retulit, cum Curtio item Hiſtorico, qui res ſcripſit Alexandri Magni, quanquam his omnibus nomen. Q. Curtii Rufi *hæſit Vid Rader cap. 1. proluſ. ad Curt.* a) *Tradit Plinius lib. VII. in Africæ ſolitudinibus hominum ſpecies obvias ſubinde fieri, momentoq; evaneſcere: hæc & talia ex hominum genere ludibria ſibi, nobis miracula ingenioſam feciſſe naturam.'* at. b) *Malim:* iturum eum Romam. *Pal. & edd. vett.* & venturum Romam. *Gru.*

c) *cur peſtilens, infrà [poſt ſex lineolas] exponit.* Inhabitantibus &c. B. 1. *Multis enim nimiâ injectâ formidine cauſa mortis fuerat.* Vc. d) *Scribo,* e proximo. *Caſ.*

e) *Spectrum ſive imago, ſeu monſtrum, ſeu ſimulacrum, ut paulo poſt appellat noſter. Vet. Gloſſ.* εἴδωλον, Simulacrum,

nex macie & ſqvalore confectꝰ, promiſſâ barbâ, horrenti capillo, cruribus compedes, manibus catenas gerebat qvatiebatq́;. Inde inhabitantibus triſtes diræqve noctes per metum vigilabantur: vigiliam morbus, &, creſcente formidine, mors ſeqvebatur. Nam interdiu qvoqve, qvanqvam abſceſſerat imago *f*), memoria imaginis oculis inerrabat, longiorq; cauſſis timoris timor erat *g*). Deſerta inde & damnata ſolitudine domus, totaqve illi monſtro relicta: proſcribebatur *h*) tamen ſeu qvis emere, ſeu qvis conducere, ignarus tanti mali, vellet. Venit Athenas philoſophus Athenodorus *i*), legit titulum *k*),

Larva. *Omnis caſſa corpore figura ac ſpecies, ſeu viſum, ...λον eſt. Unde & Democritus, & qui Democritum ſecutus Epicurus eſt, fluentes illas de corporibus, & ultro citroq; per aera volantes formas ſive imagines, quas fingebant,* εἴδωλα *appellat; Catius* ſpectra; *Lucretius lib. IV.* [*ubi ex profeſſo rem tractat*] ſimulacra; *Cicero lib. I. de finibus* imagines *appellavit. Vide Laertium in Epicuro, item Ciceronem lib. XV. ad Familiares epiſt. 16.* Bu. *Aldi editio & ejus traduces inverſo verborum ordine habent: Apparebat* ſenex Idolon. *Barthius* idolon *habet pro gloſſa.* f) *Etiam hanc vocem,* imago, *Barthius ut gloſſam cancellat.* g *Sic omninò Pal* [*item Sichardina,*] *nec recedunt aliæ editiones vett. quàm quòd ea,* inhærebant. *Recentius cuſi:* oculis inhærebat, longiorisq; cauſſa timoris timor erat. *Gru. Id quod Catan.eus exponit: Timor conceptus ex ſpectaculo idoli cauſſabat longiorem timorem. Nam poſtquam imago illa receſſerat, adhuc tamen reſtabat domeſticus timor.* h) *Sic ſuprà initio epiſt. 11. hujus libri:* agros, qvos ego juſſeram a proſcribi. i) Athenodorus Tarſenſis, *Stoicus Philoſophus inſignis, acri ingenio vir ſecundum Lucianum* ...

cua mens audita ſimulacra & inane
fingeret. Initio, qvale ubiqve, ſilent
deinde *m*) concuti ferrum, vincula
non tollere oculos, non remittere ſ
obfirmare animum, auribusqve pra
tum crebeſcere fragor, adventare et
ut in limine, jam ut intra limen audi
videt, agnoſcitqve narratam ſibi effi
innuebatqve digito, ſimilis vocanti.
ut paullulum expectaret, manu ſig
ſusq; ceris & ſtylo *o*) incumbit. Ill
capiti catenis inſonabat. Reſpicit ru
qvod priùs innuentem: nec morat

guſti Cæſaris præceptor: cujus ſcripta ad Oc
ſororem citat Plutarchus. Fuit & Athenod
Zenonis diſcipulus; & alius Rhodius, *q*
pſit. Cat. k) *propoſitam locandi vel ve*
ptionem. Lucianus in Philopſeud, *ubi han*
eadem recitat, non Athenodorum Athenis hoc

: ſeqvitur. Ibat illa lento gradu, qvaſi graculis: poſtqvam deflexit in aream do-epente dilapſa deſerit comitem. Deſertus p) & folia concerpta ſignum loco ponit. o die adit magiſtratûs, monet ut illum lo-ffodi jubeant. Inveniunt oſſa inſerta ca-c implicita, qvæ corpus ævo terrâqve pu-um nuda & exeſa reliqverat vinculis. ta publicè ſepeliuntur. Domus poſtea ritè is manibus q) caruit r). Et hæc qvidem affir-

turæ. Ceræ *ſunt cerata tabulæ, in quibus ferreis ibebant.* Bu. p) *area ergò herbata.* Ba.

id, rite conditis manibus, *quod malè quidam ac-dictum eſt ex conſuetudine & ritu Romanorum, qui um manes conditos putabant, vocabantq́, qvùm lorum juſta eſſent peracta.* Caſ. *De* manibus *va-iderunt veteres, quorum opiniones Servius ad III. recenſet. Receptiſſima eſt, eſſe dæmonum genus, in rent mortuorum animæ ſive umbræ. Apulejus de Ge-itis :* Eſt & ſecundo ſignificatu ſpecies dæmonum, humanus emeritus ſtipendiis vitæ, corpore ſuo s. Hunc vetere latinâ lingvâ reperio *Lemurem* di-n. Ex hiſce ergò Lemuribus, qvi poſterorum ſuo-ram ſortitus placato & qvieto numine domum, *Lar* dicitur *familiaris.* Qvi verò ob adverſa vitæ nullis bonis ſedibus, incerta vagatione ceu qvo-lio punitur, inane terriculamentum bonis homi-æterùm noxium malis: id genus pleriqve *larvas* nt. Cùm verò incertum, utrum *Lar* ſit, an *Larva*, *Manem Deum* nuncupant. Rite conditis, *id eſt, ulturæ honore affectis.* Condi manes *dicuntur, nodum apud Virgilium &* anima condi *dicitur. Lo-in. III. v. 68. ad quem omninò Servius legendus. Puta-m non antè recipi apud inferos & certas ſortiri ſe-

des, ſed oberrare vagariq; mortuorum animas, quàm
ma ſepultura reliquiis corporis contigiſſet. Quod &
truncatis ſibi perſuadebant, quorum nondum expiat
eſſet. Quò illud Lucani pertinet principio : -- umbrāq
raret Craſſus inultà. *Hinc Plautinus Tranio monſ*
ædibus *fieri fingit, quòd ibi perfidè enectus hoſpes*, in
tus defoſſus *ſit, hoc eſt, ſine honore ſepulturæ; & hi*
ſaſſe ſpectra ac lemures infeſtare perhibentur domum
quam cadaver rite conditum eſſet. Quod Lucianus qu
illis Corinthicis ædibus factum narrat, de quibus his P
nis perquàm ſimilia in Philopſeude refert. Suetonius
gula cap. penultimo : Cadaver ejus clam in hortos L
nos aſportatum, & tumultuario rogo ſemiambuſtu
vi ceſpite obrutum eſt : poſteà per ſorores ab exil
verſas erutum, crematum, ſepultumqve. Satis co
priusqvam id fieret, hortorum cuſtodes umbris inq
tos : in eâ qvoqve domo, in qvâ occubuerit, nulla
ctem ſine aliqvo terrore tranſactam. *Bu.* Vi
de, quæſo, lector : videbis locum eſſe mutilum. Quid
lud eſt, quo domus caruit ? non eſt obſcurum, quid vel
planiſſimè conſtat ex Luciani verbis in ejuſdem rei
tione : ἐκεῖνον μὲν οὖν, *inquit,* ἐθάψαμεν ἀνορύξαντες. ἡ
δὲ τὸ ἀπ' ἐκείνου ἐπαύσατο ἐνοχλουμένη ὑπὸ τῶν Φασ
Locus eſt in Philopſeude. Puto legendum : domus poſt
te conditis manibus, dæmonibus caruit : *vel,* ph
bus caruit : *aut etiam,* metu caruit. *Tot enim modis*
ciano locus expleri poteſt. Caſ. *Multipliciter locum*
plent viri doctiſſimi. Ego vocem repetendam dudum
ſuſpicionibus, ſcribendumq;, ritè conditis manibus,
bus caruit. *Gru. Rectè Gruterus.* Bu. *Faciliùs*
mus Buchnero, quando & Caſaubonus, Gruterusq; illi
runt. At nec vitii quicquam eſt, nec difficultatis,
ris, τὸ manibus, *quaſi bis poſitum eſſet, accipiendum*
pè veteres loqvuntur. Vid. ad Senec. epiſt. 21. Quaſi eſſet
nibus, poſtqvam rite conditi ſunt, caruit. *Gro.*
quoq; addendum cenſuit Barthius, qui ſcholio Caſ
hæc adſcripſit : Malè. Manibus, *i. e. vexatione ab iis*

affirmantibus credo: illud affirmare aliis poſſum. Eſt libertus mihi Marcus, non illiteratus. Cum hoc minor frater eodem lecto qvieſcebat. Is viſus eſt ſibi cernere qvendam in toro reſidentem, admoventemqve capiti ſuo cultros *s*), atqve etiam ex ipſo vertice amputantem capillos. Ubi illuxit, ipſe circa verticem tonſus, capilli jacentes reperiuntur. Exiguum temporis medium, & rurſus ſimile aliud priori fidem fecit. Puer in pædagogio *t*) miſtus pluribus dormiebat: venerunt per feneſtras [ita narrat] in tunicis albis duo, cubantemqve detonderunt, & qvà venerant, receſſerunt. Hunc qvoqve tonſum,

ctè conditis. Nec meliùs Gruterus. s) *raſorios.* Cat. *Obſerva ergò,* cultros *hic abſolutè poni pro* cultris tonſoriis, *ſeu uno verbo*, *novaculis. Sic Plaut. Captiv. Act. II. ſc. 2. v. 16.* Nunc ſenex eſt in tonſtrinâ, nunc jam cultros attinet. *Quem Comici locum cum hoc Pliniano comparat Gruterus VI. ſuſpic. 9.* t) *Lipſius ad XV. Annalem Taciti* [*n. 138.*] Puer è prædagogio, *legit, quòd* pædagogii *vox non pro loco accipiatur*, *ubi morantur pueri, quemadmodùm Beroaldus ad Svetonium interpretatus eſt; ſed pro cœtu ipſo*, *ſive collegio elegantiorum puerorum. Quam ad rem plura auctorum loca adducit*, *quæ ibi vide.* Puer è pædagogio *eſt, quem* pædagogianum *Ammianus appellat. Sed poſſumus & vulgatam,* in pædagogio, *pro* inter pædagogianos *interpretari. Neq; enim infreqventer* in, *pro* inter *ponitur.* Bu. *Catanæus pro* pædagogio *legit* pædagio. *Pædagium autem interpretatur membrum domûs*, *in quo ſervi commorantur. Addit, hic pro cubiculo ſervorum uſurpari: & eundem eſſe ſenſum, ſi legas* pædagogio. *Conf. Cæl. Rodig. VII. Antiq. Lect. 6. f. 319. Sed corruptè* pædagium *ſcribi obſervat Turneb. XXIII. Adverſ. 19. f. 788. & Marcell.* Donat. ad Sve-

ſum, ſparſosqve circa capillos dies oſtendi
hil notabile ſecutum, niſi fortè, qvòd n
reus: futurus, ſi Domitianus, ſub qvo hæc
derunt, diutius vixiſſet. Nam in ſcrinio e
datus à Caro de me libellus *x*) inventus e
qvo conjectari poteſt, qvia reis moris eſ
mittere capillum *y*), reciſos meorum capi
depulſi qvod imminebat periculi ſig
fuiſſe. Proinde rogo, eruditionem tuam i
das. Digna res eſt, qvam diu multumq; co
res: ne ego qvidē indignus, cui copiam ſci
tuæ facias. Licet etiam utranqve in parte

---

ton. Neron. c. 28. p. 720. [*qui tamen Rhodigini locu*
ferens ad Svet. Claud. p. 648. nihil hâc de re mone
dem menda Seneca quoq; locum Epiſt. 124. [*Lipſio eſt*
codicibus quibusdam obſederat, ut pro pædagogia, *le*
pædagia, *quod ex Hieron. Mercurial. III. Var. L*
p. 184. diſcere licebit. Nempe ſolebant ævo barbaro
voces: factumq; inde tandem, ut majore verbi compe
genui, qui ſunt in familiis Principum aut Nobilium
pro pædagogiis *aut* pædagogianis *Gallorum Italoru*
mone vocarentur Pagii. *Video enim viris doctis, T*
Lipſio, Donato, etymon hoc placere. u) *in arm*
canorum Domitiani ſcriptorum. Vel, in crinem 'c
paſſim habetur, quòd ſcil. Carus Secundum accuſaſſet
quam raritati capillorum Imperatoris illuſiſſet. Nam
tianus, autore Tranquillo, calvitio offendebatur. Ca

x) *accuſatio porrecta Domitiano à Metio Caro, a*
adverſum me. Cat. y) *Reorum habitum d*
Gellius lib. III. c. 4. ubi & de ſummiſſione capillor
bes. Ba. *Plura in hanc rem dabit VVowerius ad*
p. 445. z) *Svidas tondere capillos de vertice v*
tendere detrimentum rerum: ſic capillum decidere m
periculum. Cat.

les, diſputes: ex alterâ tamen fortiùs, ne me
ſpenſum incertumqve dimittas, cùm mihi
nſulendi cauſa fuerit, ut dubitare deſinerem.
ale.

CAJUS PLINIUS SEPTITIO ſuo S.

*Notabant Secundum nonnulli, qvòd amicos ſuos
antâlibet occaſione ſupra modum laudaret. Qvâ
ver Septitium intellectâ, reſpondet, neminem ma-
cognoſcere ſuos qvàm ſe, neq; peccare dum ma-
nè amat, qvos amandos putat.*

AIs qvosdam apud te *a*) reprehendiſſe, tan-
qvam amicos meos ex omni occaſione ul-
modum laudem. Agnoſco crimen, ample-
r etiam. Qvid enim honeſtius culpâ benigni-
s? Qvi ſunt tamen iſti, qvi amicos meos me-
norint *b*)? Sed ut norint, qvid invident mihi
ciſſimum errorem *c*)? Ut enim non ſint ta-
qvales à me prædicantur, ego tamen beatus,
d mihi videntur. Igitur ad alios hanc ſini-
m *d*) diligentiam conferant, [nec ſunt pa-
multi,] qvi carpere amicos ſuos judicium
ant: mihi nunqvam perſvadebunt, ut meos
ri à me nimium putem. Vale.

29. CA-

P. 28. a) *Lego*, qvosdam me apud te. *Caſ. Sed
vetat ellipſin iſtius pronominis hîc agnoſcere?* b) *Le-*
meliùs me norint. *Caſ. Intelligi hoc voluit Plinius,
ſi non exertè ſcriberetur.* c) *Sic apud Horati-
l. Epiſt. 2. v. 140.* gratiſſimus error. *Et noſter l. Epiſt. 2.
optat errori ſuo album calculum adjici.* d) *id*

29. CAJUS PLINIUS MONTANO *e)* ſuo S.

Epitaphium in Pallantis ſepulchro, tanqvam nimis honorificum, apud Montanum indignatur: poſtremò deridet & negligit.

RIdebis, deinde indignaberis *f*), ſi legeris, qvód niſi legeris, non potes credere. Eſt viâ Tiburtinâ intra primum lapidem *g*), [proximè annotavi] monimentum Pallantis *h*), ita inſcriptum *i*),

eſt, pravam, perverſam, & honeſto contrariam. Nam & in gloſſis veteribus, ſiniſter ἐπαρίστερος, *&* ἐνάντιος, *& rurſus in aliis* ἐπαρίστερος perverſus *exponitur. Tacitus Hiſt. V. c. 5.* Cætera inſtituta ſiniſtra, fœda, pravitate valuerunt. *Catullus quoq; ſiniſtram liberalitatem dixit, quam pravam atq; perverſam ſignificare vellet. Poſſis* ſiniſtram diligentiam *& malignam interpretari, quemadmodùm lib. I. ep. 9.* ſiniſtros ſermones *de malevolis atq; malignis dixerat.* Bu.

EP. 29. e) *Curtius Montanus Senator, cujus ventrem Juvenalis exagitat.* Cat. f) *Haud aliter Pal. haud aliter Neuſtett.* [*Modio teſte epiſt. 92. Novantiq. Lect.*] *imò non aliter vett. edd. Aldinâ priores: ea enim adjecit:* deinde indignaberis, deinde ridebis, ſi legeris *&c.* Gru.

g) *Veteres milliaria lapidibus diſtinguebant; inde* lapis *&* milliarium *ſynonyma. Quæ tamen vocabula aliquando omittuntur ſolo numero poſito. Tacitus II. Hiſtor. cap. 24.* Ad duodecimum à Cremonâ locus Caſtorum vocatur. *Rutilius Numatianus lib. II. Itinerarii*: Intervalla viæ feſſis præſtare videtur, Qvi notat inſcriptus millia crebra lapis. *Qui locus nos docet, illos lapides millenarii numeri notâ inſcriptos fuiſſe, ſimulq; & diſtinxiſſe viæ ſpacia, & viatoribus præbuiſſe ſolatia, cùm conſidendi ibi ac interqvieſcendi commodiorem copiam darent.* Bu. h) *qvi ſervus, deinde Claudii Cæſaris libertus tantum gratiâ valuit apud Principem, ut ipſo & Narciſſo impellentibus Appium Syllanum no-*

ptum *i*): HUIC SENATUS, OB FIDEM PIETATEMQVE ERGA PATRONOS, ORNAMENTA PRÆTORIA DECREVIT, ET SESTERTIUM *k*) CENTIES QVINQVAGIES: CUJUS HONORE CONTENTUS FUIT. Eqvidem nunqvam ſum miratus, qvæ ſæpius à fortunâ qvàm à judicio proficiſcerentur: maximè tamen hic me titulus *l*) admonuit, qvàm eſſent mimica *m*) & inepta qvæ interdum in hoc cœnum,

Nn

biliſſimum juſſerit interfici, Domitium Neronem adoptaverit. Erat autem obſtrictus Agrippinæ ut conciliator nuptiarum, & mox ſtupro ejus illigatus. Huic, quia repertor relationis fuiſſet de pœnâ fœminarum, quæ ſervis conjungerentur, ut Cæſar ediderat prætoria inſignia, & centies quinquagies ſeſtertiûm cenſuit Conſul deſignatus Barea Soranus: additum à Scipione Cornelio, grates publicè agendas ei, qui regibus Arcadiæ ortus veterrimam nobilitatem uſui publico poſtponere, [illegible] inter miniſtros Principis haberi ſineret. Verum cum ſub Nerone triſti arrogantia modum liberti egreſſus odium ſui moverit, primo a rerum cura, [illegible] impoſitus velut arbitrum regni agebat, dimovetur. Creditum poſtea eſt, à Nerone veneno ſublatum, quod [illegible] pecuniam longâ ſenectute detineret. Cit. i) *Leges [illegible] dem monumentum & ſequentis libri [illegible]* [illegible] k) *Manifeſtum eſt, legendum eſſe* ſeſtertiûm, *non* ſeſtertium: *ſequitur enim*, cujus honore, *videlicet ſeſtertii. Jam ante diximus, ita loqui ſolitos [illegible], cum [illegible] ſeſtertio: liberalitas centies ſeſtertii; [illegible] locum [illegible] paſſim extant exempla.* Caſ. [illegible] *monumenti ſive ſepulcralis [illegible]*, [illegible] *& apud Juvenalem Sat. X.* -- patriam tamen obruit olim gloria paucorum, & laudis titulique cupido hæſuri Saxis cinerum cuſtodibus. *Lr.* m) [illegible]

num, in has ſordes *n)* abjicerentur: qvæ
ille furcifer & recipere auſus eſt & recu
atq; etiam, ut moderationis exemplum, p
prodere. Sed qvid indignor? Ridere ſatius
ſe magnum aliqvod adeptos putent, qvi
licitate *p)* perveniunt, ut rideantur. Val

30. CAJUS PLINIUS GENITO
ſuo S.

Dolet impedita Julii Genitoris ſtudia mo ſcipuli ſummæ indolis: ſed, fatetur, qvamvi ceſſu à ruſticis occupari, interdum tamen ſt verùm ſentire qvàm malè ſcribat ex compa veterum, tametſi Genitor ſua ſcripta ſummo comparet.

TOrqveor qvòd diſcipulum, ut ſcribi mæ ſpei amiſiſti, cujus & valetudine te impedita ſtudia tua qvid neſciam *q)*? omnium officiorum obſervantiſſimus, c omnes qvos probas, effuſiſſimè dilig

dum eſſe, non, quod in quibusdam erat, inimica *jam olim Budæus annot. prior. in Pandect. p. 135.* *lectionem etiam Catanæus notavit.* Mimica, *f* *ctata: qualia eſſe ſolent, quæ mimi agunt, in quibu ri atq; ingenui ineſt, ſed quæſita & apparata omnia de illud Senecæ patris præfat. lib. III. Controverſiar* hil tàm mimicum, qvàm manifeſta præparatio micè incedere *Catullus dixit, quod non ſuo, ſed a affectato gradu incedere eſt.* Bu. n) *ita Pall cat, hominem vilisſimum, & ſordidisſimæ originis.* B
o) *Vide noſtrum lib. VIII. ep. 6.* Bu. p) *Eti* felicitatis *legi, diſces è Catanæo.*
E P. 30. q) *Lavinejus not. ad Plin. panegyr. c.*

r) qvoqve urbana negotia perſeqvuntur,
delectant s). Sunt enim qvi me aut judi-
aut arbitrum t) faciant. Accedunt qverelæ
icorum, qvi auribus meis poſt longum tem-
ſuo jure abutuntur. Inſtat & neceſſitas agro-
locandorum u) perqvàm moleſta. Adeo ra-
eſt invenire idoneos x) conductores. Qvi-
ex cauſis precario y) ſtudeo: ſtudeo tamen.
n & ſcribo aliqvid & lego: ſed qvum lego ex
iparatione ſentio qvàm malè ſcribam: licet
iihi bonum animum facias z), qvi libellos

 meos a)

---

146. *corruptam pronunciat hanc lectionem, atq. ſic cor-
dam:* qvidni ſciam? r) *in Thuſcos.* Cat.
Ab Aldi & Catanæi editionibus abeſt, non delectant.
Judex *eſt, qui à Prætore datur, & vel cogitur.* Arbi-
*qui eligitur à litigantibus, ut medius interveniat, & rem
onat; de quibus multa ad Prudentii Hymnum nuper.
a lib. III. de beneficiis cap. 7.* Melior videtur conditio
æ bonæ, ſi ad judicem, qvàm ſi ad arbitrum mittitur:
illum formula includit, & certos, qvos non excedat,
inos ponit; hujus libera & nullis aſtricta vinculis
io & detrahere aliqvid poteſt, & adjicere, & ſenten-
ſuam non prout lex aut juſtitia ſvadet, ſed prout
anitas & miſericordia impulit, regere. *Vide & Cice-
n pro Roſcio Comœdo.* Bu. u) *propè finito luſtro,
emporis ſpacio agri locabantur.* Cat. x) *quia non
lvunt, quæ debent, & tamen fructus abſumunt: ſuper
re libro IX.* [*ep. 37*] *apud Paulinum pluribus conque-*
. Cat. y) *Fuit in alia lectione non,* precario, *ſed,*
Cat. z) *Ut nos dicimus,* einen Muth machen/
gu en Muth machen/ Hoffnung machen; *ita planè &*
s animos facere, bonum animum facere, ſpem fa-
Livius lib. I. Divitiæ animos faciunt. *Item lib.*
ús facere. *Plinius V. ep. 30.* licet tu mihi bonum

meos *a*)de ultione Helvidii,orationi Demoſthe nis *κατὰ Μειδίȣ b*) confers: qvam ſanè, qvùm componerem illos, habui in manibus,non ut æmularer [improbum enim ac pene furioſum] ſed tamen imitarer *c*) & ſeqverer, qvantum au diverſitas ingeniorum,maximi aut minimi, au cauſæ diſſimilitudo *d*) pateretur. Vale.

31. CAJUS PLINIUS CORNUTO ſuo S.

Tertullum hortatur, Claudium Pollionem in amicitiam ſuam admittat: & eum commendat a integritate vitæ;deinde ab animi robore; poſtrem à fide in amicos, etiam poſt mortem.

CLaudius Pollio amari à te cupit: dignus hoc ipſo qvòd cupit: deinde, qvòd ipſe te diligit. Neqve enim ferè qvisqvam exigit iſtud, niſi qvi facit. Vir alioqvi rectus, integer, qvietus, ac penè ultra modum [ſi qvis tamen ultra modum] vere-

mum facias. *Cicero lib. III. ep. 16. ad Att.* Tuæ literæ, qvò ſæpiùs à me leguntur, hoc ſpem mihi faciunt minorem. *Alibi:* Literæ tuæ ſpem mihi magnam faciunt. *Vorſt. de Latinit. falsò ſuſp. c. 9. p. 102.* a) *de quibus lib. IX.* [*epiſt. 13.*] *latiùs.* Cat. b) *contrà Midiam.* St. *Midias Athenienſis, cùm videret Demoſthenem parare veſtes, & alia multa, ad feſtum celebrandum, ardens invidiâ, omnem apparatum fœdavit, quinimmò oratorem ipſum verberavit: in quem idcircò dixit orationem apud Judices Demoſthenes, cui titulus κατὰ Μειδ.* Cat. c) *Similis locus lib. I. epiſt. 2. p. 3.* d) *Legitur &* ſimilitudo: *quia* [*verba ſunt lectionem hanc interpretantis Catanæi,*] *uterq; ulciſci injuriam intendebat, Demoſthenes ſuam, Secundus amici ſui Helvidii. Verùm multa in utrâq; causâ fuerant diverſa.*

verecundus. Hunc, qvùm ſimul militaremus *e*), non ſolùm ut commilito inſpexi. Nam *f*) præerat alæ militari *g*): ego juſſus à Legato Conſulari *h*) rationem alarum & cohortium excutere, ut magnam qvorundam fœdamqve avaritiam, & negligentiam parem: ita hujus ſummam integritatem, ſolicitam diligentiam inveni. Poſtea promotus ad ampliſſimas procurationes, nullâ occaſione corruptus ab inſito abſtinentiæ *i*) amore deflexit; nunqvam ſecundis rebus intumuit; nunqvã officiorum varietate continuam laudem humanitatis infregit: eâdemqve firmitate animi laboribus ſuffecit, qvâ nunc otium patitur. Qvod qvidem pauliſper cum magnâ ſuâ lau-

---

EP. 31. e) *in provinciâ Syriâ, ubi Secundus Tribunus militum fuit. Cat.* f) Nam *in Aldinâ, Sichardinâ, & aliis veteribus noſtris, non conſpicitur. Boxborniana ſic diſtinguit:* inſpexi. [nam præerat alæ militari.] Ego *&c.* g) *quidam legunt* miliariæ, [*Sic & Aldina*] *à numero mille, ſicut Varro* miliarios greges *vocat. Nec ignoro* miliarias aves *ab eodem atteſtari alias eſſe à coturnicibus; & à Plinio ſeniore* miliariam herbam *milio inimicam;* miliarium *autem eſſe genus vaſis. Sed quia nondum legi, alam habuiſſe equites mille, magis placet, ut legatur* militari, *& hoc additum ſit ad tollendam æquivocationem.* Cat. *Rectiùs tamen, opinor,* miliariæ. *Nam quod legere non contigit Catanæo, Lipſio contigit. Hunc audiamus è lib. II. de Mil. Rom. Dial. 7. propè fin.* Milliarias *quoq;* [alas] *inquit, in Julio Hygino lego, & in lapide priſco: PRÆF. AL. BRITANNICÆ. MILIAR. Plinii quoq; noſtri locum, vix dubito, adſcripſiſſet, ſi variæ lectionis in eo gnarus fuiſſet.* h) *qui vices Procos. gerit.* Cat. i) *Abſtinentia non luxuriæ modò, ſed avaritiæ quoque nonnunquam opponitur; ut*

33. CAJUS PLINIUS TA
ſuo S.

Quærit Secundus inſeri hiſtoriis T mortales auguratur. Monſtrat igitu ſcribere poſſit, illam ſcilicet vocem l tem in Senatu emiſſam adverſus M qvem advocatus pro Bæticis datus er cione ſocio.

---

s) *Libertini originem patronorum, reſp vel domicilium ſeqvuntur: item ex his naſc nicipem aut nativitas facit, aut manumiſſio ne Juſtiniani libertinis eadem conceſſa liber miſſor habuit: cùm priùs Auguſtus manu terminâſſet, præſertim ne vinctus unquam libertatis genere civitatem adipiſceretur.* (*eſt* περίεργον, & *captandæ benevolentiæ g Nam &* περιεργία *ambitio eſt. Ut lib. III. ep.* vor & ambitio dominatur. *Bu.* u) *d Hoc juvat & melli eſt.* Bu. x) *res juc*

Auguror [nec me fallit augurium y)] hiſtorias tuas immortales futuras; qvo magis illis [ingenuè fatebor] inſeri cupio z). Nam ſi eſſe nobis curæ ſolet, ut facies noſtra ab optimo qvoqve artifice exprimatur; nonne debemus optare, ut operibus noſtris ſimilis tui ſcriptor prædicatorqve contingat? Demonſtro itaqve, qvanqvam diligentiam tuam fugere non poſſit, cùm ſit in publicis actis, demonſtro tamen, qvò magis credas, jucundum mihi futurum, ſi factum meum, cujus gratia periculo crevit *a*), tuo

phontis. Verùm poſſit fortaſſis, ἐςὶ τοῦ θείου ἐγγυτέρω exponi etiam, propiùs ad divinam naturam accedit. Sed apud Xenophontem non legitur ἐςὶ, verùm δοκεῖ εἶ[illegible]. St.

EP. 33. y) *Huic tamen augurio Secundi non rectè aves addixerunt. Nam major & melior pars hiſtoriarum Taciti intercidit, quodq́ reliqvum eſt, ſatis interciſum & exulceratum.* Cat. z) *Similiter Cicero à Lucceio petebat, ut Conſulatùs ſui geſta Hiſtoriis ſuis insereret, vel potiùs ſeorſim componeret. Vide elegantisſimam & eruditisſimam ejus epiſtolam, [ipſe lib. IV ad Attic. epiſt. 6.* bellam *vocat,] quæ lib. V. ad familiares 12. eſt, & confer cum iſta* Bu.

a) *Sic Pal. editioq́ Aldina. Omnis vetus,* periculo credit, *proximè ad verum. Recentisſimè cuſi [Henr. Stephani, qui tamen è Catanæo hauſit,]* cujus gratiâ periculum crevit. *Gru. Quidam codices, [quod & Catanæus monuit,]* c. g. periclitatus ſum; *ex adſcriptâ, vel ſuperſcriptâ potiùs interpretatione. In aliis [ut Sichardinâ] eſt,* cujus gratia periculo cedit. *Caſ. Optima lectio illa videtur, quam ſervavimus in textu: quanquam Caſaubono præter illam non diſplicebant aliæ duæ, una, quam è Catanæo jam attulimus:* c. g. periculum crevit; *altera quam ipſe excogitavit Caſaubonus;* c. g. periculum creavit. *Alia Barthio venerat in mentem:* cujus gratiâ periculum crevi, *id eſt, adii, ut*

inqvit, *injunctam nobis accuſatione[m]*
ſumus, hac adeamus Conſules, petamus
diſſipari e) *ſinant, qvorum eſſe in*
bent f). Reſpondi: *Qvum ſimus ad*
natu dati, diſpice, num peractas putes
ſtras Senatus cognitione finitâ g). I

---

dicimus de hæreditate. b) *Al.* creveri
Priorem ex his lectionem Catanæus ſuppeditat;
go Sichardi. c) *De hâc causâ noſter jam*
mel, ut p. 156. 181. 464. d) Poſtulatio
eſt expedire ſupplicantium deſideria. Pratej. I
e) *diſtrahi, depilari ab his, qui conſervare e*
potius: ne Conſules permitterent bona diſtrah
à ſe reſervari [à Conſulibus,] ſub quorum c
debebant. Cat. *Poſterior expoſitio magis a*
ſequentia. f) *Poſtrema verba non care*
ſet aliquid ſi legeretur: qvæ jam eſſe in cuſto
Sententia recta quidem, modò tamen certa
mendoſum in lectione receptâ, ſi vocem qvoru
quod & Catanæus lit. præc. fecit, ad Conſules

Augurori [nec me fallit augurium *y*)] hiſtorias tuas immortales futuras: qvo magis illis [ingenuè fatebor] inſeri cupio z). Nam ſi eſſe nobis curæ ſolet, ut facies noſtra ab optimo qvoqve artifice exprimatur; nonne debemus optare, ut operibus noſtris ſimilis tui ſcriptor prædicatorqve contingat? Demonſtro itaqve, qvanqvam diligentiam tuam fugere non poſſit, cùm ſit in publicis actis, demonſtro tamen, qvò magis credas, jucundum mihi futurum, ſi factum meum, cujus gratia periculo crevit *a*), tuo

phontis. Verùm poſſit fortaſſis, ἐςὶ τȣ̃ θείȣ ἐγγυτέρω exponi etiam, propiùs ad divinam naturam accedit. Sed apud Xenophontem non legitur ἐςὶ, verùm δοκεῖ εἶν.. St.

EP. 33. y) *Huic tamen augurio Secundi non rectè aves addixerunt. Nam major & melior pars hiſtoriarum Taciti intercidit, quodq; reliqvum eſt, ſatis interciſum & exulceratum.* Cat. z) *Similiter Cicero à Lucceio petebat, ut Conſulatûs ſui geſta Hiſtoriis ſuis insereret, vel potiùs ſeorſim componeret. Vide elegantiſſimam & eruditiſſimam ejus epiſtolam, [ipſe lib. IV ad Attic. epiſt. 6.* bellam *vocat,] quæ lib. V. ad familiares 12. eſt, & confer cum iſta* Bu.

a) *Sic Pal. editioq; Aldina. Omnis vetus,* periculo credit, *proximè ad verum. Recentiſſimè cuſi [Henr. Stephani, qui tamen è Catanæo hauſit,]* cujus gratiâ periculum crevit. *Gru.* *Quidam codices, [quod & Catanæus monuit,]* c. g. periclitatus ſum; *ex adſcriptâ, vel ſuperſcriptâ potiùs interpretatione. In aliis [ut Sichardinâ] eſt,* cujus gratia periculo cedit. *Caſ.* *Optima lectio illa videtur, quam ſervavimus in textu: quanquam Caſaubono præter illam non diſplicebant aliæ duæ, una, quam è Catanæo jam attulimus:* c. g. periculum crevit; *altera quam ipſe excogitavit Caſaubonus;* c. g. periculum creavit. *Alia Barthio venerat in mentem:* cujus gratiâ periculum crevi, *id eſt, adii, ut*

ſtulavit. Qvæ vox & ſtatim excepta *m*), & poſtea multo ſermone celebrata eſt. Divus qvidem Nerva *n*), [nam privatus *o*) qvoqve attendebat his, qvæ rectè in publico fierent,] miſſis ad me graviſſimis literis, non mihi ſolùm, verùm etiam ſeculo eſt gratulatus, cui exemplum [ſic enim ſcripſit] ſimile antiqvis contigiſſet. Hæc, utcunqve ſe habent, notiora, clariora, majora tu facies: qvanqvam non exigo, ut excedas actæ rei modum. Nam nec hiſtoria debet egredi veritatem, & HONESTE factis veritas ſufficit. Vale.

Caſaubonus ad Lampridium obſervat. Bu. l) *per hæc oſtenderit, quod vellem adjuvare ejus cauſam. Dicimus enim* prævaricationem, *diverſæ partis opitulationem proditâ cauſâ ſuâ, quam advocatus ſuſceperat defendendam*. Cat.

m) *plauſu nempe*. Ba. *Catanæus* excerpta *legit, & interpretatur, notata, mandata publicis ſcriptis*. n) *Cùm hæc Secundus ſcriberet, Nerva jam cœlo donatus fuerat: ſed cùm in Senatu acta ſunt, nondum erat Imperator, nam tunc Domitianus vivebat. Quare cùm* Divum *nominat, reſpicit ad Trajani tempora*. Cat. o) *id eſt, jam ab officio Senatorio, & publicâ curâ remotus. Refert enim Philoſtratus ſeptimo [de vitâ Apollonii p. 304.] Domitianum juſſiſſe Nervam ſecedere Tarentum*. Cat.

C. PLINII CÆCILII SECUNDI EPISTOLARUM LIBER OCTAVUS *a*).

I. CAJUS PLINIUS SEPTITIO SUO S.

Seceſſerat in Tuſcos: ſed in itinere libertorum aliqvi adverſam valetudinem contraxerant, præſertim Encolpius lector, Secundi deliciæ. Scribit tamen, de illo bene ſperare.

ITer commodè explicui, excepto, qvòd qvidam ex meis adverſam valetudinem ferveſcentibus æſtibus contraxerint. Encolpius *b*) qvidem lector *c*), ille ſeria noſtra, ille deliciæ, exaſperatis faucibus pulvere ſangvinem rejecit. Qvàm triſte hoc ipſi, qvàm acerbum mihi!

EP. I. a) *Sciendum eſt, hunc librum octavum non inveniri in Palatino aut editt. vett. Sed ejus locum nomenq; occupat ſequens liber, qui nobis nonus eſt. Abfuiſſe etiam manuſcriptis Neuſtetterianis indè conjicio, quod nihil ex eo produxerit dexterrimæ ſolertiæ Modius noſter in Novantiquis.* Gru. b) Encolpus †. *quaſi in ſinu tenendus & amplectendus. Nam ἐν* in, κόλπος ſinus: *nomen amato puero conveniens. Unde Martialis bis meminit* Encolpum *dilectum ab Aulo Pudente. Lampridius refert* Encolpum, *qui vitas Imperatorum ſcripſit, ſub Alex. Severo claruiſſe, & illo familiariter uſum.* Cat. Encolpii *cujusdam etiam Petronius meminit.* c) *Eruditi & opulenti homines inter alia mi-*

mihi! ſi is, cui omnis ex ſtudiis gratia, inhabilis ſtudiis fuerit. Qvis deinde libellos meos ſic leget? ſic amabit? Qvem aures meæ ſic ſeqventur? Sed Dii lætiora promittunt *d*). Stetit ſangvis, reſedit dolor. Præterea continens ipſe, nos ſoliciti, medici diligentes. Ad hoc ſalubritas cæli, ſeceſſus, qvies, tantum ſalutis, qvantum otii, pollicentur. Vale.

2. CAJUS PLINIUS CALVISIO ſuo S.

Vendiderat emptoribus vindemias, cùm maxima ſpes in vitibus appareret, ſed cœli intemperies graciles fructus præſtitit: liberalitate tamen ſuâ Secundus negotiatoribus ſubvenit, remittendo aliqvibus octavam partem, qvibusdam decimam: qvod non ſine gloriâ Calviſio exponit.

Alii

niſteria habebant quoq., qui ipſis cœnantibus, lavantibus, aut vigilantibus noctu aut alio tempore libros vel aliorum, vel ſuos legerent, cujusmodi ſervum noſter hoc loco Lectorem *abs re appellat, ut & ſuprà lib. III. ep. 5. [p. 165.] Huc pertinet, quod paullò poſt [p. 166.] ibidem ſubjicit:* audiebat aliqvid. *Svetonius Auguſto cap. 78.* Si interruptum ſomnum recuperare, ut evenit, non poſſet, Lectoribus aut fabulatoribus arceſſitis, reſumebat, producebatqve ultrà primam ſæpe lucem. Anagnoſtas *græco vocabulo appellat Cicero lib. I. ad Attic. ep. 9. & lib. V. ad Famil. epiſt. 9.* Bu. *Vid. & p. 384. y.* d) *Fuit in ſecundâ lectione:* Sed dulciora promittunt Medici. *Cat. Id opinor ſic evenit. Pro* dii lætiora *minùs attentus librarii oculus legerat* dulciora: *cùm ita ſenſui vox deeſſet,* medici, *qui ſupplerent hoc vacuum, adhibiti.*

in prædia ſua proficiſcuntur,ut locuple-
es revertantur; ego,ut pauperior. Ven-
i vindemias certatim negotiatoribus
ous. Invitabat pretium,& qvod tunc,&
re videbatur. Spes ſefellit. Erat expedi-
mnibus remittere æqvaliter, ſed non ſa-
m *e*). MIHI AUTEM egregium im-
idetur,ut foris, ita domi; ut in magnis,
rvis; ut in alienis,ita in ſuis, agitare ju-
Nam ſi paria peccata *f*), pares etiam
Itaqve omnibus qvidem, neqvis mihi
natus abiret *g*), partem octavam pretii,
s emerat, conceſſi: deinde iis, qvi am-
s ſummas emptionibus occupaverant,
m conſului. Nam & me magis juverant,
; ipſi fecerant damnum. Igitur iis, qvi
plu-

e) *Nam diverſa emptorum conditio erat. majores, alii minores ſummas occupaverant em- alii prænumeraraant aliquantum, alii aliquid, alii bil. Quare ut alii magis, alii minus juverant Pli- ſic vel majus vel minus damnum fecerant: ita non im æqualiter omnibus erat, ſed pro conditionis ra- conſulere, æquitas poſtulabat, ut in ſequentibus oſtendit.* Bu. f) *M. Tullius pro Murenâ:* dici, omnia peccata eſſe paria, omne delictum nefarium, nec minùs delinqvere eum, qvi gal- ceum cùm opus non fuerit, qvàm qvi patrem it. *Hanc rem latiùs idem tractat tertio paradoxo. autem Tarſenſis, & Athenodorus imparia eſſe cère. Quod etiam idem Cicero libro IV. de Finib. ſequitur.* Cat. g) *Virgilii carmen ex lib. V.* 5.] Nemo ex hoc numero mihi non donatus

pluris qvàm decem millibus *h*) emerant,
lam communem, & qvaſi publicam octa
addidi decimam ejus ſummæ *i*),qvæ decen
lia exceſſerat. Vereor, ne parum expreſ
apertius calculos oſtendam. Si qvi forte q
cim millibus emerant, hi & qvindecim m
octavam, & qvinqve millium decimam
runt *k*). Præterea qvùm reputarem. qv
ex debito aliqvantum, qvosdam aliqvid,

abibit. *Cat.* h) *A quibus decem millia nummi
ſtros 250. Philippos, accipere debuit, ab illis octo millia
gentos quinquaginta, noſtros ducentos octodecim
pos, 7½ denarios ſive ſchillingos accipere ſatis habu
tractis mille ducentis quinquaginta nummis ſeſtertiis,
pis triginta uno, 2½ denariis. Hæc enim eſt octo dece
lium. Octava eadem, quæ ſescuncia. Octo enim ſeſcun
ciunt duodecim uncias. De octo igitur unciis una d
uncia: velut de 6666. ſeſtertiis beſſe [efficiunt numm
centum ſexaginta ſex Philippos, ſex denarios, ſive ſchi
qvatuor obolos ſive ſtuferos & dimidiatum] ſeſtertii
genti triginta tres triens, qui Philippi 20. 8. denarii, 2.
& de quatuor ſequentibus unciis ſummam 3333. ſeſte
nummum trientis, hoc eſt 83. Philippos, 3. denarios, ob
& dimidium oboli efficientibus: de his, inquam, demi
ſemuncia, quæ continet ſeſtertios quadringentos ſedeci
ſem, id eſt 10. Philippos, 4. denarios vel ſchillingos, ob
ſive ſtuferum. Hæ duæ ſummæ conjunctæ, nimirum unc
triens & ſemuncia 416. bes, conficiunt octavam 1250. q
dixi.* Gro. i) octavam, decumavimus ejus ſumm
i.e. decimam detraximus. Cat. k) *Quindecim m
nummum ſeſtertium, hoc eſt, 375. Philippum, octava
1875. nummi ſeſtertii ſive Philippi 46. octo denarii, qu
oboli & hemiobolion. Quinq. ſeſtertia ſive quinq. millia
mum ſeſtertium ſunt noſtri 125. Philippi. Horum decim*

ALii in prædia ſua proficiſcuntur, ut locupletiores revertantur; ego, ut pauperior. Vendideram vindemias certatim negotiatoribus ementibus. Invitabat pretium, & qvod tunc, & qvod fore videbatur. Spes fefellit. Erat expeditum, omnibus remittere æqvaliter, ſed non ſatis æqvum *e*). MIHI AUTEM egregium imprimis videtur, ut foris, ita domi; ut in magnis, ita in parvis; ut in alienis, ita in ſuis, agitare juſtitiam. Nam ſi paria peccata *f*), pares etiam laudes. Itaqve omnibus qvidem, neqvis mihi non donatus abiret *g*), partem octavam pretii, qvo qvis emerat, conceſſi: deinde iis, qvi ampliſſimas ſummas emptionibus occupaverant, ſeparatim conſului. Nam & me magis juverant, & majus ipſi fecerant damnum. Igitur iis, qvi plu-

EP. 2. e) *Nam diverſa emptorum conditio erat. Alii enim majores, alii minores ſummas occupaverant emptionibus: alii prænumerarant aliquantum, alii aliquid, alii omninò nihil. Quare ut alii magis, alii minùs juverant Plinium, & ſic vel majus vel minus damnum fecerant: ita non remittendum æqualiter omnibus erat, ſed pro conditionis ratione cuiusq. conſulere, æquitas poſtulabat, ut in ſequentibus Plinius ipſe oſtendit.* Bu. f) *M. Tullius pro Murena:* Dicunt Stoici, omnia peccata eſſe paria, omne delictum ſcelus eſſe nefarium, nec minùs delinqvere eum, qvi gallum gallinaceum cùm opus non fuerit, qvàm qvi patrem ſuffocaverit. *Hanc rem latius idem tractat tertio paradoxo. Heraclides autem Tarſenſis, & Athenodorus imparia eſſe peccata dixere. Quod etiam idem Cicero libro IV. de Finib. multis proſequitur.* Cat. g) *Virgilii carmen ex lib. V. [Æn. v. 305.]* Nemo ex hoc numero mihi non donatus

pluris qvàm decem millibus *h*) emerant, ad illam communem, & qvaſi publicam octavam, addidi decimam ejus ſummæ *i*), qvæ decem millia exceſſerat. Vereor, ne parum expreſſerim: apertius calculos oſtendam. Si qvi forte qvindecim millibus emerant, hi & qvindecim millium octavam, & qvinqve millium decimam tulerunt *k*). Præterea qvùm reputarem. qvosdam ex debito aliqvantum, qvosdam aliqvid, qvosdam

abibit. *Cat.* h) *A quibus decem millia nummûm, noſtros 250. Philippos, accipere debuit, ab illis octo millia ſeptingentos quinquaginta, noſtros ducentos octodecim Philippos, 7½ denarios ſive ſchillingos accipere ſatis habuit: detractis mille ducentis quinquaginta nummis ſeſtertiis, Philippis triginta uno, 2½ denariis. Hæc enim eſt octo decem millium. Octava eadem, quæ ſescuncia. Octo enim ſeſcunciæ faciunt duodecim uncias. De octo igitur unciis una demitur uncia: velut de 6666. ſeſtertiis beſſe* [*efficiunt nummi noſtri centum ſexaginta ſex Philippos, ſex denarios, ſive ſchillingos, qvatuor obolos ſive ſtuferos & dimidiatum*] *ſeſtertii octingenti triginta tres triens, qui Philippi 20.8. denarii, 2. oboli: & de quatuor ſequentibus unciis ſummam 3333. ſeſtertium nummum trientis, hoc eſt 83. Philippos, 3. denarios, obolum & dimidium oboli efficientibus: de his, inquam, demitur ſemuncia, quæ continet ſeſtertios quadringentos ſedecim beſſem, id eſt 10. Philippos, 4. denarios vel ſchillingos, obolum ſive ſtuferum. Hæ duæ ſummæ conjunctæ, nimirum uncia 813. triens & ſemuncia 416. bes, conficiunt octavam 1250. quam dixi.* Gro. i) octavam, decumavimus ejus ſummam †. *i.e. decimam detraximus.* Cat. k) *Quindecim millium nummum ſeſtertium, hoc eſt, 375. Philippum, octava ſunt, 1875. nummi ſeſtertii ſive Philippi 46. octo denarii, quatuor oboli & hemiobolion. Quinq; ſeſtertia ſive quinq; millia nummum ſeſtertium ſunt noſtri 125. Philippi. Horum decima ſunt*

ihil repoſuiſſe: neqvaqvam verum *l*) ar-
ar,qvos non æqvaſſet fides ſolutionis,hos
iitate remiſſionis æqvari. Rurſus ergo iis
verant, ejus, qvod ſolverant, decimam.
. Per hoc enim aptiſſimè & in præteritum
is,pro cujusqve merito,gratia referri,& in
m omnes cùm ad emendum, tum etiam
endum allici videbantur. Magno mihi
tio hæc, ſeu facilitas *m*) ſtetit: ſed fuit
). Nam regione tota, & novitas remiſſio-
orma laudatur. Ex ipſis etiam, qvos non
t dicitur] perticâ *o*), ſed diſtinctè grada-

Oo timq;

ummi quingenti, Philippi duodecim & dimidiatus. enti nummi additi mille octingentis quinque & ſe- a, efficiunt duo millia trecentos ſeptuaginta quinq, 9. Philippos, tres denarios vel ſchillingos, quatuor dimidiatum. Tantum igitur de quindecim millibus ibi paſſus eſt Plinius,& cùm poſſet 375. Philippos exi- mmodò 315. Philippos, ſex denarios, obolum & di- oboli exegit, ſeſtertium nummum duodecim millia s quinq & viginti. Gro. l) *Sic Aldina editio.* , juſtum arbitrabar, *non rectè.* Juſtum *enim nihil àm interpretatio verbi alterius.* Gru. *æqvum & Horatius lib. I. ep.* 7. Metiri ſe qvemqve ſuo mo- pede, verum eſt: *id eſt, decet, ac par eſt. Priſcia- IIX.* Juſtum pro vero, & verum pro juſto fre- tàm nos,qvàm Attici ponimus. *Bu.* m) *ſive ductus rationibus, ac deliberato conſilio, ſive naturæ ilitate id fecerim.* Bu. n) *Sic ſuprà p. 187.* Di- n fuit tanti. *Proverbii ſpeciem præferre videtur,* fuit non eſt tanti, *de quo And. Schottum conſule II. Ob- p. 66.* Fuit tanti, *nobis eſt:* es hat ſich noch der Mü- ner. Non eſt tanti, es iſt nicht der Mühe werth. *eſt, non uno menſus modulo ſum, ſive non unâ ratio-*

creſcat. Nonnullus & in illo lab
ra *g*) & fera nomina, imprimis re

---

enim flumen, juxta Decebali regiam, per ali
mortuo rege compererat ſub illo theſauros c
y) *Danubium ponte mirabili vinxit : de c*
ne lege plura apud Dionem. Cat. z) *I*
rupta & montium cacumina conſcender
tumulos ex tumulis cum maximis p
pans. *Cat.* a) *nomine Sarmiſegetuſa*
lemæum. Cat. b) *nam Decebalus, ut*
univerſam regionem captam ab hoſtibus vi
eſſe, quin caperetur, ſibi manus intulit , eju
delatum eſt. Cat. c) *antequam regia*
d) *Victus Decebalus primùm pacem pe*
juſſus arma, machinas & earum opifices, tr
re, & caſtella demoliri, abſtinere à regione c
hoſtes Romanis ſuos putare eosdem. Trajar
& Dacici cognomen accepit. Sed poſtquam
Decebalum contrà fœdera multa patrare : T

ublicum dedi: communicaturus tecum, ut primùm diligentem tabellarium invenero. Ereci expectationem tuam; qvam vereor ne deſtituat oratio in manûs ſumpta *s*). Interim tamen, anqvam placituram [& fortaſſe placebit] expecta. Vale.

4. CAJUS PLINIUS CANINIO ſuo S.

Caninium incitat paratum adſcribendum bella, qvæ Trajanus confecit contra Dacos: latenter indicans modum, qvem ſcribendo ſervare deberet. Unum inprimis petit, ut rudia & impolita carmina ad ſe mittat: qvod judicabit amoris ſingulare teſtimonium.

OPtimè facis, qvod bellum Dacicum *t*) ſcribere paras. Nam qvæ tam recens, tam copioſa, tam lata, qvæ deniqve tam poetica, & [qvanqvam in veriſſimis rebus] tam fabuloſa *u*) materia? Dices immiſſa *x*) terris nova flumina,

EP. 3. r) *Aldina*, tamen. *Sichardina*, tam. s) *à te ſcilicet, i. e. ubi eam tu perferente tabellario acceperis. Fallitur enim hîc doctiſſimus Catanæus, cùm hîc manus Plinii intelligit, interpretaturq;* : ut eam recognoſcam. *Suſpicor deceptum pravâ ſcripturâ, cùm pro* ſumptâ, *legeret* reſumptâ: *quod vocabuli etiam in argumento ejus vides, hâc quidem parte ſimiliter nobis caſtigando.*

EP. 4. t) *quod contrà Decebalum Regem Trajanus geſſit: de quo Dio lib. LXVIII. qui omninò legendus iis, quæ ſubjungit noſter, rectiùs intelligendis.* Bu. u) *id eſt, plena incredibilium rerum, & quæ ſimilia Poetarum fabulis ſint.* Bu. x) *in novum alveum traducta. Sargetiam*

tes *q*), pande vela, ac ſi qvando alias, toto ingenio vehere. Cur enim non ego qvoqve poeticè cum poetâ? Illud jam nunc paciſcor: prima qvæqve ut abſolveris, mitte, immò etiam anteqvàm abſolvas, ſic ut erunt recentia, & rudia *r*), & adhuc ſimilia naſcentibus. Reſpondebis, non poſſe perinde carptim *s*), ut contexta, perinde inchoata placere, ut effecta. Scio. Itaq; & à me æſtimabuntur ut cœpta; ſpectabuntur ut membra; extremamqve limam tuam operientur in ſcrinio *t*) noſtro. Patere hoc me ſuper cætera habere amoris tui pignus, ut ea qvoqve norim, qvæ noſſe neminem velles. In ſummâ, potero fortaſſe ſcripta tua magis probare, laudare, qvantò illa tardiùs cautiusqve, ſed ipſum te magis amabo, magisq; laudabo, qvantò celeriùs & incautiùs miſeris. Vale.

5. CAJUS PLINIUS GEMINIO ſuo S.

Dolet apud Geminium, Macrinum angi de obitu uxoris: qvam omni laude digniſſimam prædicat.

Grave

---

extat. Poetæ ſanè non ſolent ita loqui, ſe aliis ſua carmina dictare, ſed contrà, dictata ſibi à Muſis aut Apolline carmina ſe excipere. Propterea ὑποφήτας *ſe vocant: & notum illud de ſummo vate, ingeniorum principe:* Ἔγραψεν μὲν Ὅμηρος, ἄειδε δὲ φοῖβος Ἀπόλλων. *Si legas* dictaturus, *referes adnotarium, cujus manu poeta uteretur, non ſuâ.* Caſ.

q) *ingredere ſcripturam carminis, inchoa opus.* Bu.

r) *L.* cruda. *Ba.* s) *L.* carpta. *Ba.* t) *quadam exemplaria habent,* ſinu. *Cat.*

ave vulnus Macrinus noſter *u*) accepit.
miſit uxorem ſingularis exempli, etiam ſi
) fuiſſet *y*). Vixit cum hac triginta novem
ſine jurgio, ſine offensâ. Qvam illa reve-
n marito ſuo præſtitit, cùm ipſa ſummam
etur! Qvot qvantasqve virtutes ex diver-
ibus *z*) ſumptas collegit & miſcuit! Habet
n Macrinus grande ſolatium, qvòd tan-
onum tamdiu tenuit: ſed hoc magis exa-
ur, qvòd amiſit. Nam fruendis *a*) volupta-

 tibus

ſ. u) *amicus, ex eadem regione: nam fuit Bri-* Cat. x) *id eſt, antiquis ſeculis, cùm majus ac tius virtutis ſtudium fuit.* Bu. y) *hoc eſt, vi- ta enim ſæpe hoc verbum ponitur. Cicero I. Tuſc.* it enim meo regnante gentili: *pro, vixit Tullii pore: hunc enim gentilem ſuum appellat. Sermo e Pherecyde Philoſopho eſt. Prudentius præfat.* κα- r qvinqvennia jam decem, Ni fallor, fuimus: ſe- inſuper Annum cardo rotat. *Bu.* z) *Habet elibet ætas virtutem quaſi propriam: ut ſimplicita- ritia, comitatem juventus, ſenectus autem gravita- quo noſter ſuprà de Fuſco Salinatore lib. VI. ep. 26.*] puer ſimplicitate, comitate juvenls, ſenex gra- *Bu.* a) *quibus frui debebat. Sed melius eſt,* fru- oluptatibus *legere.* Bu. fruenti voluptatibus †. *imur diu voluptatibus, tantò magis dolor creſcit, vamur.* Cat. *Non eſt melius nec* fruenti *nec* fruen- fruendis voluptatibus *eſt idem, quod fruendo vo- us, vel per fructum voluptatum. Genus loquendi Ci- rè perpetuum, aliis etiam frequens: & Livio plus ſe- tuimus. Cic. III. famil. 10.* tuis inimicitiis ſuſcipien- *tuas inimicitias ſuſcipiendo. Eod lib. ult.* convenien- *, pro, conveniendo meos. Lib. V. ep. 12.* exponendis ous comprobabis, *pro, exponendo rationes. Eod. ep. 16.*

Sic commendare ſuſpenſâ manu *ſuprà*
[*ab init.*] Bu. c) *Minutio Macrino*,
d) *Corruptè legitur* advocamenta. Avo
latia, quæ mentem à mærore & animi ag
Lactant. lib. de opif. Dei: Traducitur au
tatione cœcâ, & ſibi avocamenta inven
mam qvietem corporis interrumpat. Av
appellat ea viſa, quibus in ſomnum corpus
annot. prior. in Pandect. p. 349. & 536.
libri: Omnia mihi ſtudia, omnes curas
menta exemit. *Recenti autem dolore ac v*
admittit animus: itaq; tùm afferre ea, &
intempeſtivum eſt: de quo noſter & ſuprà
Plutarchum Conſolatione ad Apollonium li
Silva I. principio ſtatim. Bu. e) *ut c*
eatrix tantùm, hoc eſt, obliterato dolore
amiſſa exſtet. Bu. f) *id eſt, tempus*
lendo ſatiamur. Cic. ad Attic. Dies autem
dò non levat luctum hunc, ſed etiam au
dolores mitigantur vetuſtate, hic non pc
pro tempore poſitum apud Eſaiam identia
erit in die illa. *Neq; verò mirum eſt*, diem
cùm & horæ *pro diebus ponantur. Cic.*

ihil repoſuiſſe: neqvaqvam verum *l*) ar-
ar,qvos non æqvaſſet fides ſolutionis,hos
nitate remiſſionis æqvari. Rurſus ergo iis
verant, ejus, qvod ſolverant, decimam.
. Per hoc enim aptiſſimè & in præteritum
is,pro cujusqve merito,gratia referri,& in
m omnes cùm ad emendum, tum etiam
endum allici videbantur. Magno mihi
tio hæc, ſeu facilitas *m*) ſtetit: ſed fuit
). Nam regione tota,& novitas remiſſio-
orma laudatur. Ex ipſis etiam, qvos non
t dicitur] perticâ *o*), ſed diſtinctè grada-

Oo timq;

*nummi quingenti, Philippi duodecim & dimidiatus.
enti nummi additi mille octingentis quinque & ſe-
ta, efficiunt duo millia trecentos ſeptuaginta quinq;,
9. Philippos, tres denarios vel ſchillingos, quatuor
dimidiatum. Tantum igitur de quindecim millibus
ibi paſſus eſt Plinius,& cùm poſſet 375. Philippos exi-
ummodò 315. Philippos, ſex denarios, obolum & di-
oboli exegit, ſeſtertium nummum duodecim millia
s quinq; & viginti.* Gro. l) *Sic Aldina editio.*
, juſtum arbitrabar, *non rectè.* Juſtum *enim nihil
àm interpretatio verbi alterius.* Gru. *æqvum &
Horatius lib. I. ep. 7.* Metiri ſe qvemqve ſuo mo-
pede, verum eſt: *id eſt, decet, ac par eſt. Priſcia-
XIIX.* Juſtum pro vero, & verum pro juſto fre-
tàm nos,qvàm Attici ponimus. *Bu.* m) *ſive
ductus rationibus, ac deliberato conſilio, ſive naturæ
ilitate id fecerim.* Bu. n) *Sic ſuprà p. 187.* Di-
n fuit tanti. *Proverbii ſpeciem præferre videtur,* fuit
non eſt tanti, *de quo And. Schottum conſule II. Ob-
p. 66.* Fuit tanti, *nobis eſt:* es hat ſich noch der Mü-
net. Non eſt tanti, es iſt nicht der Mühe werth.
eſt, non uno menſus modulo ſum, ſive non unâ ratio-

TIUM *l*) CENTIES QVINQVAGIES, CUJUS HONORE CONTENTUS FUIT. Poſtea mihi viſum eſt pretium curæ *m*), ipſum Senatusconſultum qværere. Inveni tam copioſum & effuſum, ut ille ſuperbisſimus titulus, modicus atqve etiam demiſſus videretur. Conferant ſe miſceantqve *n*), non dico illi veteres, Africani *o*), Achaici *p*), Numantini *q*), ſed hi proximi, Marii *r*), Syllæ *s*), Pompeji *t*), [nolo progredi longiùs,] infra Pallantis laudes jacebunt.

prætexta erat : itaque cùm Pallanti Prætoria ornamenta *decreta fuerunt, conceſſum ei jus fuit geſtandi prætextam prætoriam, quamvis præturâ non fungeretur : item annulos aureos, quos & ipſos, quanquam communes cum Senatoribus Prætor habebat. Tacitus, cùm hanc ipſam rem narrat,* Prætoria inſignia *appellat, quem vide Annalium XII. cap. 53.* Bu. l) *Vide ad librum ſuperiorem* [*ep. 29. k.*] Caſ.

m) Operæ precium. *Cat.* n) *Revocari illud,* miſceantqve *ex editione Aldinâ. Sicq; ſuprà epiſt. 5. inquit* : qvot qvantasqve virtutes ex diverſis ætatibus ſumptas collegit & miſcuit. *Gru. Mihi rectiùs* miſcuitqve *omitti videtur, tametſi & Sichardina retinet. Vix dubitem in hanc epiſtolam ex memoriâ præcedentis. Et in præcedente gratiam habet, hîc nullam.* o) *Avus & Nepos. Ille devicto Annibale, hic pro deletâ Carthagine cognomen* Africani *meruére. Cat.*

p) *ut L. Mummius, cui* Achaico *à devictis Achæis cognomentum inditum eſt.* Cat. q) *Numantiam in Hiſpaniâ civitatem Scipio Africanus delevit, & inde Numantinus eſt appellatus.* Cat. r) *Quamvis legam multos Marios, inprimis tamen reſpiciendum puto C. Marium, qui ſepties Conſul fuit, & de Cimbris triumphavit.* Cat.

s) *Sylla cognomento Felix, Marii hoſtis & Pompeji amicus, immò magiſter, primus ex omnibus inventus eſt, qui tyranni-* [illegible] Cat. t) *Pompejus Strabo, Pompeji Ma-*

bunt. Urbanos *u*), qvi illa cenſuerunt, putem, an miſeros? Dicerem urbanos, ſi Senatum deceret urbanitas. Miſeros ergo? Sed nemo tam miſer eſt, ut ad illa cogatur. Ambitio ergo, & procedendi *x*) libido? Sed qvis adeò demens, ut aut per ſuum, aut per publicum dedecus procedere vellet in eâ civitate, in qvâ hic eſſet uſus potentisſimæ *y*) dignitatis, ut primus in Senatu laudare Pallantem poſſet? Omitto, qvod Pallanti ſervo *Prætoria ornamenta offeruntur;* qvippe offeruntur à ſervis *z*): mitto qvod cenſent, *non exhortandum* a) *modo, verum etiam compellendum ad uſum aureorum annulorum* b). Erat enim

gni pater, & filii Pompeji Magni, quem hîc potiùs intelligendum arbitramur, viri illuſtres fuére. Cat. u) *Jocoſos, argutos.* Ba. *Ita vocat homines fictos & blandos, & callidè inſervientes temporibus procul gravitatis & conſtantiæ curâ. Quæ cùm Senatorii ordinis virtutes propriæ ſint, ideò mox urbanitatem Senatum indecere ait.* Urbanitas *igitur hoc loco, quæ ſimplicitati, ſeveritatiq; & gravitati opponitur.* Bu. *Quem vide & Lexic. voce* urbanus. x) *id eſt, magis magisq; eminendi, aſpirandi ad altiores dignitates. Ita enim verbo procedere noſtro ſumitur. Suprà lib. IV. ep. 24.* Studiis proceſſimus: ſtudiis periclitati ſumus, rurſusqve proceſſimus. *Mox in hâc epiſtolâ:* per publicum dedecus procedere. *Ciceroni eſt,* in altiorem gradum aſcendere. *Bu.*

y) florentiſſimæ †. z) *à Senatoribus coactis imperio Cæſaris: nam illis Claudius ſententiam dictaverat.* Cat. Servi, *adulatores.* Ba. a) *alii legunt*, exornandum. *Cat.* b) *Qui jus annulorum impetraverat, in ordinem ingenuorum tranſibat.* Longo certè tempore ne Senatum qvidem Rom. habuiſſe *annulos aureos* manifeſtum eſt: ſiqvidem iis tantùm, qvi legati ad exteras gentes ituri erant, annuli publicè dabantur. Poſteà virtutis bellicæ

enim contra majeſtatem Senatus, ſi ferreis c) prætorius uteretur. Levia hæc & tranſeunda: illa memoranda, qvòd *nomine Pallantis Senatus* [nec expiata poſtea curia eſt d)?] *Pallantis nomine Senatus gratias agit Cæſari* e), *qvod & ipſe, cum ſummo honore mentionem ejus proſecutus eſſet, & Senatui facultatem feciſſet teſtandi erga eum benevolentiam ſuam.* Qvid enim Senatui pulchrius f), qvàm ut erga Pallantem ſatis gratus videretur? Additur, *ut Pallas, cui ſe omnes pro virili parte obligatos fatentur, ſingularis fidei, ſingularis induſtriæ fructum meritiſſimò ferat.* Prolatos

factum eſt inſigne. Nemo tamen niſi eqvitum primores id gerebant. Annuli igitur alterum ordinem à plebe, ſicut tunica ab annulis Senatum, & tertium ordinem plebi patribusqve inſeruere. *Hæc Plinius avunculus* [*è cujus Lib. XXXIII. c. 1. hæc pro arbitrio excerpta & ordinata memineris.*] *Sed inſequentium Imperatorum facilitate libertis id jus promiſcuè conceſſere.* Cat. c) *quos geſtabant ſervi. Verùm Plinius* [*d. l.*] Memoriâ, *inquit*, avorum multi præturâ functi in ferro conſenuerunt. *Adde, eundem Plinium tradere, in ferreo annulo equites judicesq́ intellectos primitùs, & annulum triumphanti ferreum in digito fuiſſe: aquâ fortunâ triumphantis & ſervi ſuſtinentis coronam. Sic triumphavit de Jugurthâ C. Marius.* Cat. d) nec expiata poſtea ea injuria eſt. †. e) *Claudius ante omnes libertos ſuſpexit* Narciſſum *ab epiſtolis, & Pallantem à rationibus: quos decreto quoque Senatûs non præmiis modò ingentibus, ſed & quæſtoriis prætoriisq́ ornari libenter paſſus eſt: tantum præterea acquirere ac rapere, ut querente eo quondam de fiſci exiguitate, non abſurdè ſit dictum, abundaturum, ſi à duobus libertis in conſortium reciperetur.* Cat. *Conf. & ad VII. ep. 29. b.* f) *cum deriſione* [*hoc dici-*

latos imperii fines, redditos exercitus reipublicæ credas. Aſtruitur his, *qvum Senatui populoq́; Romano liberalitatis gratior repræſentari nulla materia poſſet, qvàm ſi abſtinentiſſimi fidelisſimiq́; cuſtodis principalium opum g) facultates adjuvare contigiſſet.* Hoc tunc votum Senatus; hoc præcipuum gaudium populi; hæc liberalitatis materia gratisſima, ſi Pallantis facultates adjuvare publicarum opum egeſtione *h*) contingeret. Jam qvæ ſeqvuntur, *voluiſſe qvidem Senatum cenſere, dandum ex ærario ſeſtertium centies qvinqvagies, & qvantò ab ejusmodi cupiditatibus remotior ejus animus eſſet, tantò impenſiùs petere à publico parente, ut eum compelleret ad cedendum Senatui.* Id verò deerat, ut cum Pallante autoritate publicâ ageretur; Pallas rogaretur, ut Senatui cederet; ut illi ſuperbisſimæ abſtinentiæ Cæſar ipſe patronus advocaretur, ne ſeſtertiûm centies qvinqvagies ſperneret. Sprevit qvod ſolum potuit, tantis opibus publicè oblatis: arrogantiùs fecit qvàm ſi accepiſſet. Senatus tamen id qvoqve, ſimilis qverenti, laudibus tulit, his qvidem verbis: *Sed qvum Princeps optimus, parensq́; publicus rogatus à Pallante, eam partem ſententiæ, qvæ pertinebat ad dandum ei ex ærario*

---

tur à Plinio.] Cat. g) *Erat enim cuſtos Imperialium pecuniarum, huic muneri à Claudio præpoſitus, poſtmodùm à Nerone dimotus, cum quo olim pepigerat, ne cujusquam facti in præteritum interrogaretur, ſed pares cum Rep. rationes haberet.* Cat. h) *evacuatione, dum illi offertur ex*

rio centies qvinqvagies ſeſtertiûm, remitti voluiſſet, teſtari Senatum, & ſe libenter ac merito hanc ſummam inter reliqvos honores ob fidem diligentiamq; Pallantis decernere cœpiſſe: voluntati tamen Principis ſui, cui in nullâ re fas putaret repugnare, in hac qvoqve re obſeqvi. Imaginare Pallantem velut intercedentem Senatusconſulto, moderantemqve honores ſuos, & ſeſtertiûm centies qvinqvagies, ut nimium, recuſantem, cùm prætoria ornamenta, tanqvam minus recepiſſet. Imaginare Cæſarem, liberti precibus, vel potius imperio *i)*, coram Senatu obtemperantem. Imperat enim libertus patrono, qvem in Senatu rogat. Imaginare Senatum, usqveqvaqve teſtantem, meritò libenterqve ſe hanc ſummam inter reliqvos honores Pallanti cœpiſſe decernere; & perſeveraturum fuiſſe ſe, niſi obſeqveretur Principis voluntati, cui non eſſet fas in ullâ re repugnare. Ita, ne ſeſtertiûm centies qvinqvagies Pallas ex ærario referret, verecundiâ ipſius, obſeqvio Senatus opus fuit, in hoc præcipuè non obſeqvuturi, ſi in ullâ re putaſſet fas eſſe non obſeqvi. Finem exiſtimas? Mane dum, & majora accipe. *Utiq;, cùm ſit utile, Principis benignitatem promptiſſimam, ad laudem præmiaq; merentium, illuſtrari ubiq;, & maximè iis locis, qvibus incitari ad imitationem præpoſiti rerum ejus curæ* k) *poſſent,*

ærario ſeſtertium centies quinquagies. Cat. i) *Vera correctio. Paruit enim Claudius libertis ſuis. Inde Juvenalis:* Indulſit Cæſar cui Claudius omnia, cujus Paruit imperiis, uxorem occidere juſſus. *Cat.* k) *Editiones vulgò*

nt, & Pallantis ſpectatiſſima fides atq; innocentia xemplo provocare ſtudium tam honeſtæ æmula- onis poſſet: ea l) *qvæ qvarto calendas Februarii, væ proximè fuiſſent, in ampliſſimo ordine òptimus rinceps recitaſſet, Senatusq; conſulta de his rebus ıcta in æs inciderentur, idq; æs figeretur ad ſta- ıam loricatam* m) *divi Julii.* Parum viſum tan- ɔrum dedecorum eſſe curiam teſtem: delectus ſt celeberrimus locus, in qvo legenda præſen- bus, legenda futuris proderentur. Placuit ære gnari omnes honores faſtidioſiſſimi mancipii: vosqve repudiaſſet, qvosqve, qvantum ad de- ɛrnentes pertinet, geſſiſſet. Inciſa & inſculpta ınt publicis æternisqve *n*) monimentis præto- a *o*), ſic qvaſi fœdera antiqva *p*), ſic qvaſi ſacræ leges *q*).

ıra: *ſed haud dubiè ſcribendum,* curæ, *ut Catanæum quoq; ıiſſe ex notis ejus apparet.* Præpoſiti curæ rerum Cæſa- ṡ, *ſunt Procuratores Cæſaris.* Gro. l) *ſupple: viſum t ut ea &c.* m) *Ut togatæ, penulatæ & alio habitu, : & loricatæ ſtatuæ fuerunt. Talem autem Cæſar ſibi poni ſſus eſt in foro, quod ipſe exſtruxit. Lege Plinium lib. XXIV. natural. hiſt. c. 5.* Bu. n) *firmiſſimis & diu- ſimè duraturis. Statius de Coloſſeâ Domitiani Sylv. I.* te- at qvamvis æterna crepido, Qvæ ſuperingeſti portaret lmina montis. *Phædrus lib. II. extremo:* Æſopo ingen- n ſtatuam poſuére Attici, Eamqve collocarunt æternâ baſi. *Bu.* o) *vocem hanc poſtremam pro adulterinâ buerim; aut ſi non, addiderim ei adhuc alias duas, quæ ıntur in editione Aldi* [*& Sichardi:*] ornamenta Pal- ıtis. *Verùm ne quid diſſimulem, magis mihi adhuc blan- ur conjectura mea; fuiſſe ſcilicet initio,* æternisq; monu- ntis P. R. *indeq; factum illud,* prætoria, *cùm exprimi ius oporteret* Populi Romani, *quemadmodum* pluribus

leges *q*). Tanta Principis, tanta Senatûs, ta
Pallantis ipſius, qvid dicam, neſcio : ut velle
in oculis omnium figi Pallas inſolentiam ſ
patientiam Cæſar, humilitatem *s*) Senatus.
puduit rationem turpitudini obtendere, [
gia

firmavi in libellis Suſpicionum. Gru. p) *ut Lati*
& Carthaginenſium. Cat. q) *Scio leges per Dec*
ros X. tabulis annotatas populo confirmante in baſes
inciſas, & in foro poſitas, fontem omnis publici pri
juris : cui mox duæ tabulæ additæ. In proœmio tamen ſ
ptum extat, decem tabulis eburneis leges primùm pro
propoſitas. Cat. *Talia enim in æs incidebantur. O*
Metamorph. de aureâ ætate : -- nec verba minanti
Ære legebantur. Verba minantia *leges ſunt, contra fa*
pœnas interminantes. Venulejus Saturnin9 L. Qui tabul
ad L. Juliam peculatûs : Q i tabulam, *inquit*, æream
formámve agrorũ, aut qvid aliud continentẽ refixer
qvid inde immutaverit, lege Juliâ peculatûs tenetu
r) *ita veteres editiones : rectè. Locus eſt elegantiſ*
quem non aſſecuti ſunt, qui primi eum depravarunt,
tes : qvid dicam? neſcio : niſi vellet. *Voluit Plini*
cere : tanta fuit Principis, Senatûs, & Pallantis vac
ſive ἀβελτηρία, aut ἀπόνοια, ut vellent &c. Sed quia
batur, ne id quidam duriùs acciperent, reticuit ele
verbum aſperius. Caſ. *Rei indignitas, fœditasq́ dubiu*
debat & hæſitantem, quo tandem nomine appellaret.
s) *Humilitas vitium ſuperbiæ ſeu arrogantiæ oppo*
quâ quis demittit & abjicit ſe ultrà quàm dignitatis d
ratio patitur. Ita Cæſar lib. I. de Bello civ. c. 85. humili
vocat, cùm Afranius, qui ante à pace abhorruerat, neq
qui neq́ induciarum jura ſervârat, orat ac obſecrat,
locus miſericordiæ relinqvatur, ne ad ultimum ſ
cium progredi neceſſe habeant. *Livius* : Hæc natura
titudinis eſt, aut ſervit humiliter, aut ſuperbè do
tur. *Tacitus Agricolâ c. 16.* Trebellius fugâ atqve la

m *t*) qvidem pulchramqve rationem!] ut
mploPallantis præmiorum ad ſtudium æmu-
onis cæteri provocarentur. Ea honorum vili-
u) erat, illorum etiam, qvos Pallas non de-
nabatur *x*). Inveniebantur tamen honeſto
o nati, qvi peterent cuperentqve, qvod dari
erto, promitti ſervis videbant. Qvàm juvat
od in tempora illa non incidi, qvorum ſic me,
qvam illis vixerim, pudet. Non dubito ſimi-

liter

tâ exercitûs irâ, indecorus atqve humilis, precariò
t præfuit. *Bu.* t) *Ironia, qualis apud Virgilium:*
egiam verò laudem *&c. Cat.* u) *Si legendum,*
utilitas. *Significat enim, adeò tùm evilui ſſe honorum*
nia, ut quæ non niſi nobilisſimi antè ſperare potuerint,
c ſervis atq; mancipiis proponantur, modò æmulari Pal-
em velint, iisdemq; ſtudere artibus, quibus ille emerſit,
neminem minùs, quàm ingenuum & loco libero natum
inem deceant. Bu. x) *Veteres libri habent:* non di-
batur: *hoc eſt, qvos non putabat dignos ſe, ſive quià ſe gere-*
ur. Propterea illũ appellavit modò faſtidioſisſimũ m.ci-
& ejus abſtinentiam ſuperbisſimam. *At fortaſſe illud,*
ignabatur *natũ eſt ex,* ſe dignabatur. *Caſ. Cũ Caſaubo-*
açiunt hic Gruterq & Buchnerus. Cæterùm cùm ille hîc ad
res libros provocat, puto ad editionem Catanæi reſpexiſſe.
anæi certè ſcholion hoc eſt: Qvos non dignabatur *quos*
accipiebat, immò faſtidiebat. Ita legiſſe Catanæum etiam
terus ait: aliter poſt editos, nempe non dedignabatur:
uod in Aldi juxta atq; Sichardi editionibus invenio. Hoc,
dignabatur, *explicat, ut potuit, Catanæus. At vetuſtis-*
editio, etiam cum notis ejus, ſervat: non dedignaba-
Neque id contrà ſententiam auctoris eſt, [*ut putat Gru-*
s,] *ſed potiùs id requirit auctoris ſententia. Intellige*
modò prætoriorum ornamentorum aut annulorum au-
um, quos ille faſtidiosè accipiebat, ſed ipſius etiam Præ-

liter affici te. Scio qvàm ſit tibi verus *y)*
nuus animus. Ideoqve facilius eſt,ut me
qvam indignationem qvibusdam in loci
taſſe ultra epiſtolæ modum extulerim] p
doluiſſe,qvàm nimis credas. Vale.

---

turæ & Conſulatûs, qui adjiciebantur indignis. Si
Plinius, quod illi putabant, dixiſſet : ea honoru
erat, ut etiam Pallas illos dedignaretur. *Gro.*
lectione juſtus. *Item* vivus, *id eſt, promptus, ſubi*
Sic quoq; Catanæus, qui dum addit, aliàs legi, juſt
nobis non tàm variantem ſcripturam, quàm inter
nem vocis prioris : [conf. ad hujus libri ep. 2. lit. l
men non tàm notet juſtum, quàm à ſimulatione &
latione remotum. Sic quoq; locutus Tacitus lib. XI
c. 1. quem verum animum *fruſtrà quis mutet, in*
aut adeò uterum annuum. *Gru. In nonnullis,*
næus auctor eſt, vivus *lectum fuit : quod ipſe prom*
tum explicat. Malim vividus, *id eſt, erectus ac ple*
vis. Noſter Panegyrici cap. 44. Amas conſtantiam
rectosq; ac vividos animos, non, ut alii, contun
primis,ſed foves & attollis. *Quamquam cauſſa n*
à vulgatâ lectione recedamus. Nam verus animus,
ptus eſt, qui in Panegyrici loco rectus *dicitur, id*
ac honeſto indeflexus : quemadmodum lib. IV. epiſt.
ſium Nepotem, & lib. VII. epiſt. 31. Claudium Poll
ctos ac integros viros *vocat : & contrà Perſius*
curvos mores *dixit, qui ad honeſti regulam non re*
& quos intortos *Sat. V. appellat :* Appoſita
oſtendit regula mores. *Gruterus* verum animum
latione ac diſſimulatione alienum interpretabat
eodem redit. Qui & Tacitum ita locutum obſervat
nali c. 1. Ut de veritate hujus lectionis nihil dubitan
pliùs ſit. Bu. 2) *ut illic :* Conferantq; ſe no
teres Africani. *Item :* prolatos imperii fines. *N*

US PLINIUS TACITO
ſuo S.

Tacitus librum ſuum Secundo corri-
ni ut probaret, ne meritò qvidem ſepoſ-
i diſcipulum, de induſtria fecit longum
, qvod ſane vitio datur, cum oratio ut
itur.

ut magiſtro magiſter, neqve ut diſci-
liſcipulus, [ſic enim ſcribis,] ſed ut
agiſter, [nam tu magiſter, ego con-
deò *a*) tu in ſcholam revocas, ego ad-
alia *b*) extendo,] librum miſiſti. Non
ius hyperbaton *c*) facere, atqve hoc
e, eum me eſſe, qvi non modo magi-
d ne diſcipulus qvidem debeam di-
tamen perſonam magiſtri, exeram-

 qve *d*)

illantem velut intercedentem Senatuscon-
um *illud:* Parum viſum eſt. *Quia epiſtolaris*
e remiſſior. Cat.

a) adeò †. b) *otium & ferias Saturna-*
ultrà tempus. Nam feriati per Saturnalia ludis
bant licenter. Unde proverbiale illud apud Se-
de morte Claudii : Non ſemper Saturnalia

c) *Eſt* hyperbaton *perlonga dictionis dila-*
tio quadam verborum ordinem turbans. Fa-
8. c. 2.] Plus tamen, *inquit*, eſt obſcuritatis
continuatione ſermonis, & plures modi.
tam longus, ut eum proſeqvi non posſit in-
nterjectio tarda, ut in hyperbaton finis ejus
Hermogenes, ubi de puritate orationis agit, teſta-
m eſſe contrarium perſpicuitati. Pari ratione
. Tullius in Rhetoricis hyperbaton, præcipiens

VIdiſtine aliqvando Clitumn
Si nondum, [& puto nondu
raſſes mihi,] vide : qvem ego [p
tis] proximè vidi. Modicus colli
qvâ cupreſſu nemoroſus f) &

---

fugere oportere longam verborum contin
auditoris aures, & ſpiritum lædit : quam,
de oratore repetit. Cat. d) *id eſt, ex*
berio cap. 11. Unum hoc tantummodò, n
qvam notatum eſt, in qvo exeruiſſe jus
ſtatis viſus ſit. *In MSS. fuit :* in qvo ex
Caſaubonus veram lectionem eſſe, exeruiſ
ducebat. Rectè : pro eo enim hic Plinii locu
dem Tiberii vitâ cap. 33. in editis libris
principem exercuit, præſtititqve : *pro*
exſtat, ut idem maximus vir obſervat, &
genus pronunciat, exerere principem, *pro*
principem : quem vide. Bu.

EP. 8. e) *Vibius Sequeſter :* Cl
fluvius, ubi Jupiter eodem nomine eſt

ons exit, & exprimitur pluribus venis, aribus; eluctatusqve facit gurgitem, qvi mio pateſcit *g*) purus & vitreus *h*), ut re jactas ſtipes *i*) & relucentes calcu- ʼſſis. Inde non loci devexitate, ſed ipsâ â & qvaſi pondere, impellitur *l*). Fons

Pp 3 ad-

alig. c. 43.] *ubi memorat, Caligulam ad viſendum nemq; Clitumni Mevaniam proceſſiſſe. Et Proper- it:* Qvà formoſa ſuo Clitumnus flumina luco niveos abluit unda boves. *Cat.* g) pate- mio latè †. *In multis exemplaribus legi*: qvem fa- em, lato gremio patefacit. *Cat.* h) *i. e. pel- ri inſtar.* Bu. i) Stipes *nummi aerei minu- Galenus* ... *vocat*: Aſſes *nempe* *m, ut ex Varrone Lib. V. de L L. extremo conſtat. ugusto, cap. 53.* Promiſcuis ſalutationibus ad- & plebem: tantâ comitate adeuntium deſide- iens, ut qvendam joco corripuerit, qvòd ſic ſibi porrigeret, qvaſi elephanto ſtipem. *Qvod Au- m cùm Qvinctilianus lib. VI. cap. 4. & Macrobius turn. c. 4. referret, uterqve* aſſem *dixit, qvod* ſtipem *appellat.* Bu. *Stipes uſitatè dabantur tes ſacras. Seneca de Benef. 7.* Omnia deorum diis poſuimus domum, & ſtipem jecimus. *Et* Colitur autem non taurorum opimis corpori- auro argentoq; ſuſpenſo, nec in theſauros ſtipe pià & rectâ voluntate. *Varro de L. L.* Diiſ cum aſſem dant, ſtipem dicunt. *Ita in capita fontium, ſtipem jaciebant. Plin. lib. VIII. epiſt. de Clitu- lib. IV. Q. nat. de Nili venis*: In hæc ora ſti- rdotes & aurea dona præfecti, cùm ſolenne ve- jaciunt. *Lipſ. ad XIV. Annal. Taciti n. 36. uiu argutè*: lucetq; latetq; Calculus, & viridem it glarea muſcum. *Bu.* l) *Dicit, magnâ vi*

adhuc & jam ampliſſimum flumen atqve etiam navium patiens; qvas obvias qvoqve & contrario niſu in diverſa tendentes, transmittit & perfert: adeò validus ut illà, qvà properat, ipſe, tanqvam per ſolum planum, remis non adjuvetur *m*): idem ægerrimè remis contisqve *n*) ſuperetur adverſus. Jucundum utrumqve per jocum ludumqve fluitantibus, ut flexerint curſum, laborem

---

flumen agere atq; impellere Clitumnum, non quia per devexum ſive declivem locum, ubi & exili humori curſus facilis, defeνatur: ſed quia magnâ aquarum copiâ prorumpat atq; exundet. m) *Non ſatis capio hunc locum. Subibat, pro* tanqvam *legendum* qvamqvam *eſſe hoc ſenſu: Quamquam per minimè devexum ſolum decurrit, tanto impetu fertur tamen, aquarum copiâ, ut remis nullis opus ſit, quibus incites navem, & languidiorem undam impellas ac adjuves; ut fieri aliàs in planioribus locis neceſſe eſt, licet ſecundo flumine deveharis: quemadmodùm contrà tàm validus eſt, ut, ſi adverſo flumine navigare inſtituas, vix remis & contis incurrentis vim frangere queas & ſuperare.* Bu. *Rectè Buchnerus* qvamqvam: *ſed hoc non ſufficit ad locum redintegrandum. Scribe:* ut illa, qva properat ipſe, qvamqvam per ſolum planum, remis non adjuventur: *nempe* naves, *de quibus dicere inceperat.* Gro. *Fruſtrà laborant viri maximi in ſanando loco, qvi mendâ caret.* Solum planum *facilè ſuperatur pedibus hoc ipſo, quia planum eſt, ſecus acclive, aut inæquale. Clitumnus ergò, inquit Plinius, tàm validus eſt, ut eâ viâ, quâ ſecundus fluit, non magis opus habeat remis, quò ſecum naves deferat, quàm validus homo per viam planam ambulans baculo, ut ſarcinulam.* Remis *autem* adjuvari *non modò navis rectè dicitur, ſed etiam deferens flumen: illa, ut vehatur, hoc, ut vehat. Et omninò, ut* adjuvetur *legamus,* non adjuventur, *ſequentia,* idem ſuperetur, *flagitant.* n) Contus *ſudex eſt ſive haſta longior du-*

em otio, otium labore variare *o*). Ripæ fra- o multâ, multâ populo veſtiuntur: qvas per- uus *p*) amnis, velut merſas, viridi imagine umerat *q*). Rigor aqvæ certaverit nivibus, color cedit. Adjacet templum, priſcum & gioſum. Stat Clitumnus ipſe *r*), amictus or-

ſine ferro, quo nautæ in fluminibus non admodùm pro- lis utuntur ad impellendas ſcaphas. Cat. Contus *per- eſt. Vet. Gloſſ.* κοντὸς, pertica, ſudis, camax. Camax *um eſt. Eædem Gloſſæ:* κάμαξ, Ritica, pertica. Conti *m, ſive perticæ longæ, & inter inſtrumenta nautica ſunt.* Gezäw *appellare conſuevimus. Virgilius V. Æneid. de machiâ exponens:* Ferratasqve ſudes & acutâ cuſpi- ontos Expediunt, fractosqve legunt in gurgite re- . *Tacitus Annali XIV. c. 5.* Verùm Aceronia impru- , dum ſe Agrippinam eſſe, & ut ſubveniretur matri cipis clamitat, contis & remis, & qvæ ſors obtule- navalibus telis conficitur. *Bu.* o) *Otiantur æ, cùm ſecundo flumine decurrit navis: tùm enim remi- me haud opus eſt. Labore mutant otium, cùm flexo curſu rſus flumen navem contis remisq; ægrè impellunt.* Bu.) *Quem ſuprà* [*lit. h.*] purum & vitreum, *hîc* perſpi- n *appellat.* Bu. q) *id eſt, eodem numero per ima- n velut ſpeculo reddit, quo ripa ipsa reverà exhibet vi- s. Pari venuſtate atque ingenio Auſonius Moſellâ:* Illa nda palàm ſpecies, cùm glaucus opaco Reſpondet i fluvius: frondere videntur Fluminei latices, & pal- conſitus amnis. *Et mox:* Tota natant criſpis juga tibus, & tremit abſens Pampinus, & vitreis vinde- turget in undis. *Annumerat* virides deriſus navita vi- Navita caudiceo fluitans ſuper æqvora lembo. *Qvibus ia & apud Statium lib. II. Silvâ 2. & Rutilium Numa- um lib. I. Itinerarii v. 277. legas.* Bu. r) *Flumina ntes inter Deos numeratos, & ſimulacris ac imaginibus*

natusq; prætextâ. Præſens *s*) numen, atq; etiam fatidicum *t*),indicant ſortes *u*). Sparſa ſunt circa *x*) ſacella complura,totidemqve ſimulacra *y*). Sua cuiqve veneratio, ſuum nomen *z*); qvibusdam verò etiam fontes. Nam præter illum qvaſi parentem cæterorum ſunt minores capite diſcreti: ſed flumini miſcentur,qvod ponte transmittitur. Is terminus ſacri profaniqve *a*). In ſuperio-

---

cultos fuiſſe, tralatitium eſt. Caterùm Clitumni *cognomine Jovem ipſum conſecratum in Umbriâ ex Vibio Sequeſtro de Fluminibus Turnebus obſervat lib. XXIX. Adverſ. cap. 26.* **Bu.** s) *Cujus vis & poteſtas in promtu, & in præſenti ſtatim ſentienda. Virgil. Bucol. I.* neqve ſervitio me exire licebat, Nec tàm præſentes alibi cognoſcere divos. *Cicero Tuſcul. I.* Hercules tantus & tàm præſens habetur Deus. *Q. Serenus de Æſculapio*: Depellens tetros præſenti numine morbos. *Claudianus de Apono fonte.* Publica morborum reqvies, commune medentum Auxilium, præſens numen, inemta ſalus. *Bu.* t) *fata canens, quod videtur Claudianus indicare, ubi de Clitumno memorans ſcribit [de VI. Conſ. Honor. v. 508. ſeqq.]* nec te miracula fontis Prætereunt, tacito paſſu qvem ſi qvis adiret, Lentus erat: ſi voce gradum majore citâſſet, Commixtis fervebat aqvis: cùmqve omnibus una Sit natura vadis, ſimiles ut corporis umbras Oſtendant, hæc ſola novam jactantia ſortem Humanos properant imitari flumina mores. *Cat.*

u) *oracula, quæ ibi per ſortes edi ſolent.* Bu. x) *id eſt, paſſim poſita.* Bu. y) *Aldina & Sichardina*: totidemq; Dei. *Quædam utramq; vocem jungunt*: totidemq; Dei ſimulacra. z) numen †. *poteſtas. Eſt in aliâ lectione* nomen, *id eſt, cognomen & epitheton, ſicut Jovi varia cognomenta Poetæ aſcripſere pro diverſis muneribus, quæ mortalibus præſtitit.* Cat. a) *Illud ſpacium, quod durat à templo & ſacellis usq; ad finem pontis, ſacrum eſt: à fine*

periore parte *b*) navigare tantùm, infra etiam natare conceſſum *c*). Balineum Hiſpellates *d*), qvibus illum locum divus Auguſtus dono dedit, publicè *e*) præbent, & hoſpitium. Nec deſunt villæ, qvæ ſecutæ *f*) fluminis amœnitatem margini inſiſtunt. In ſummâ, nihil erit ex qvo non capias voluptatem. Nam ſtudebis qvoqve, & leges multa multorum omnibus columnis, omnibus parietibus inſcripta, qvibus fons ille Deusq; celebratur. Plura laudabis, nonnulla ridebis: qvanqvam tu verò *g*), qvæ tua humanitas *h*), nulla ridebis. Vale.

9. CAJUS PLINIUS URSO ſuo S.

pontis ſtatim incipit eſſe profanum. Cat. b) *quâ pons impoſitus. Nam ſuprà, & pontem ipſum propiùs, ne navigare quidem licebat. Infrà ep. 20. hoc libro, de Vadimonis lacu:* Nulla in hoc navis, ſacer enim eſt. *Bu.* c) *ut planè in profano. Nam minus profanitatis habet, navem immittere: majus, corpus nudum, & pudendis partibus tangere aquam.* Bu. d) *Plin.* & Umbriæ intus Hiſpellum. *Strabo:* alterâ parte confinium Picentinorum ad montana Hiſpellum eſt: in Umbriâ pariter locus: *quamvis corruptè legatur* Hiſpollum. *Cat.* e) *id eſt, publico ſumtu, ſine cujusquam impensâ: quemadmodùm* epulum publicè præbere *Svetonius dixit Vitellio cap. 10.* Bu. f) *quod eſt animati, dedit inanimato: non enim villæ ſequi poſſunt, ſed villarum ædificatores.* Cat. *Vide & infrà ad verba epiſt. 18. hujus libri,* ſecuta matrimonium divitis, *ſcholion Buchneri.* g) *Reſpice ad pag. 178. 179. lit. x.* h) *Humanitatis enim eſt, ignoſcere potiùs ac connivere, quàm ridere ac perſtringere inepta. Nam quotusquisq; noſtrûm tàm*

Conqveritur apud Urſum, qvod neqveat ſtudere ob amicorum negotia, qvæ tamen ſtudiis præferenda ſunt.

OLim *i*) non librum in manus, non ſtylum ſumpſi; olim neſcio, qvid ſit otium *k*), qvid qvies, qvid deniqve illud iners *l*) qvidem, jucundum tamen, nihil agere, nihil eſſe *m*): adeò multa me negotia amicorum nec ſecedere, nec ſtudere patiuntur. Nulla enim ſtudia tanti ſunt, ut amicitiæ officium deſeratur: qvod religioſiſſimè

conſideratus & prudens, qui non per tempus ineptiat? Itaq; hominis eſt, non irridere in aliis, quod tibi ipſi accidere queat. Huc pertinent, de quibus ſapientiſſimus Seneca præcipit de Tranquillitate animi cap. 10. Nam poſtquam de Heracliti itemq; Democriti inſtituto feciſſet verba, quorum alter deploravit humana omnia, alter deriſit, & uter rectiùs videretur feciſſe, ſignificâſſet, ſubjicit tandem: Satius eſt publicos mores & humana vitia placidè accipere, nec in riſum, nec in lacrimas excidere. Nam alienis malis torqveri æterna miſeria eſt: alienis malis delectari, voluptas inhumana. *Bu.*

EP. 9. i) *quaſi dicat; Olim fuit illud tempus, cùm neque librum neq; ſtylum ſumſi in manum.* Bu. *Breviter,* olim *eſt jam diu, planè ut ſuprà p. 37. a.* k) *à negotiis urbanis, vel ſtudium. Nam alibi [I. Ep. 9. p. 28.] cùm dixiſſet, ſe in ſeceſſu eum libellis loqui, ſubdidit:* ô dulce otium! *Et ad Caninium [I. Ep. 3. p. 8.]* Qvin te -- ſtudiis aſſeris: hoc ſit negotium tuum, hoc otium, hic labor, hæc reqvies. *Cat.* l) *id eſt,* ἄπρακτον, *ſive, ut ipſe mox interpretatur,* nihil agere, nihil eſſe. *Ubi* nihil agere *non planè eſt torpere otio, ſed nihil negotii agere, quod ad Remp. aut amicos pertineat, unde inclareſcere poſſis. Tibullus [I. Eleg. 1.]* Me mea paupertas vitæ traducat inerti. *Bu.*

m) *Tibull. [I. Eleg. 5.]* Et juvet in totâ me nihil eſſe do-

cuſtodiendum ſtudia ipſa *n*) præcipiunt.

e.

CAJUS PLINIUS FABATO
Proſocero ſuo S.

Fabatum proſocerum monet, Calphurniam uxo- ſuam fecisſe abortum, & ideò in ſummum di- men adductam: ſed hortatur, bene ſperet, quia riculo libera posſit adhuc parere liberos, cum conceptì fœtûs dederit experimentum.

Vò magis cupis ex nobis pronepotes vide- re, hoc triſtior audies, neptem tuam abor- a feciſſe, dum ſe *o*) prægnantem eſſe puellari- *p*) neſcit, ac per hoc quædam cuſtodienda *q*) gnantibus omittit, facit omittenda. Quem erro-

Ba. n) *Philoſophiæ præcepta. Cat.*

P. 10. o) *Diſtingue*: feciſſe. Dum ſe &c. Caſ. *lâ opus receptæ diſtinctionis mutatione, niſi forte in ſe- ntibus pro*, ac per hoc, *ſcribere velimus omiſſa copulâ*, hoc. p) *puellarum ſimplicitatem & imperitiam eſt, quod ſequenti epiſtolâ Hiſpullam, [imo Calphur- m,] ait nullâ quidem ſuâ culpâ, ſed* ætatis aliquâ *in ſum- diſcrimine fuiſſe. Sequitur enim ſtatim*: Inde abortus, gnorati uteri triſte experimentum. *Significat enim , in ſummum diſcrimen adductam fuiſſe, quòd ignora- ſe ferre uterum, tanquam puella & inexperta.* Bu.) *id eſt, obſervanda. Præcedente ep.* quod religioſiſſimè odiendum. *Columell. lib. XI. c. 1.* Hoc igitur cuſtodire ortet villicum. Cuſtodire ferias, *pro obſervare, alter nius dixit lib. XXXV. Nat. hiſt. c. 2. Apud noſtrum ſuprà V. ep. 16. [p. 376.]* cuſtodite ludere *eſt cautè & circum- tè ludere. Idem lib. VI. ep. 29. [p. 464.]* Tuitus ſum Ju- n Baſſum, ut incuſtoditum nimis & incautum, ita mi-

errorem magnis detrimentis *r)* expiavit, in ſummum periculum adducta. Igitur ut *s)* neceſſe eſt, graviter accipias *t)* ſenectutem tuam qvaſi paratis poſteris deſtitutam: ſic debes agere Diis gratias, qvod ita tibi in præſentiâ pronepotes negaverint, ut ſervarint neptem; illos reddituri *u)*, qvorum nobis ſpem certiorem hæc ipſa, qvanqvam parum proſperè explorata, fœcunditas facit. Iisdem nunc ego te, qvibus ipſum me, hortor, moneo, confirmo. Neqve enim ardentiùs tu pronepotes, qvàm ego liberos cupio: qvibus videor à meo tuoqve latere *x)* pronum ad honores iter, & audita latiùs nomina *y)*, & non ſubitas imagines *z)* relicturus. Naſcantur modo, & hunc noſtrum dolorem gaudio mutent. Vale.

II. CA-

minè malum. *Bu.* r) documentis †. *Conf. & ſeq. lit. b.* s) *L.* Ut igitur. *Ba.* t) *id eſt, malè habeas, affligas ex infelice nuntio de neptis abortu. Tractus à convíviis ſermo: ubi hoſpites benè, malè accipi dicuntur. Plautus Perſâ Act. V. Sc. 1.* Ite foras: hic volo ante oſtium & januam meos participes benè accipere. *Seneca Epiſt. 21. de Epicuri horto*: Hîc hoſpes te polentâ excipiet, & dicet: *ecquid benè acceptus es?* Bu. u) *daturi.* Ba. x) *Significat, liberis ſuis expeditum ad honores iter, & officia publica aditum fore per paterni juxtà & materni generis nobilitatem.* Bu. y) *id eſt, famam, gloriam in clariſſimis Viris utriusq; ſtirpis latiùs fuſam & propagatam.* Bu. *Longa virorum illuſtrium ſtemmata in familiâ Calphurniæ & Cæcilii: quin etiam Plin. Nam multa multorum Pliniorum epitaphia ſuperioribus annis in agro & municipio Novocomo per Benedictum Jovium eruta ſunt: quibus colligitur, non modò duobus Pliniis, ſed pluribus etiam familiam celebrem fuiſſe.* Cat. z) *id eſt, non recentem ac novitiam no-*

II. CAJUS PLINIUS HISPULLÆ ſuæ S.

Hiſpullam Fabati filiam, & ſororem patris Calphurniæ pariter [ut præcedenti epiſtolâ Fabatum,] pro abortu uxoris ſolatur, rogatq́;, ut caſum Fabato velit excuſare.

QVùm affectum tuum erga fratris *a)* filiam *b)* cogito, etiam maternâ indulgentiâ molliorem, intelligo priùs tibi, qvod eſt poſterius, nunciandum, ut præſumpta *c)* lætitia ſolicitudini locum non relinqvat: qvanqvam vereor ne poſt gratulationem qvoqve in metum redeas, atqve ita gaudeas periculo liberatam, ut ſimul, qvòd periclitata ſit, perhorreſcas. Jam hilaris, jam ſibi, jam mihi reddita, incipit refici, transmiſſumqve diſcrimen convaleſcendo remetiri *d)*. Fuit alioqvi

bilitatem, ſed vetuſtam; nec ſemel ac ſubitò, ſed longo tempore atq; per plures imagines in gentem meam illatam. Æſtimabatur nobilitas omnis Romanorum ex imaginibus: imagines autem ex magiſtratibus geſtis veniebant, non omnibus, ſed curulibus tantum. Quò plures qvis igitur in gente ſuâ numerabat, qui magiſtratibus iſtiusmodi præfuiſſent, eo plures habebat imagines, & eò nobilior qvoq; cenſebatur. Vide, ſi lubet, Lipſium lib. I. Elector. c. 29. qui plura de imaginibus iſtis ibi collegit utiliter, & eruditè obſervavit. Bu. *De imaginibus etiam conſuli poteſt Budæus annot. prior. in Pand. p. 100. qui & p. 102. Plinii hunc locum explicat de nobilitate parum antiquâ, ſed repente fortunæq; beneficio quæſitâ.*

EP. II. a) *tui, Calphurnii.* Cat. b) *Calphurniam, uxorem meam.* Cat. c) *ante capta, & admiſſa.* Bu. d) *interea dum convaleſcit, & extrà periculum eſt, recogitare apud animum, quantum adierit diſcriminis*

qvi in ſummo diſcrimine, [impunè e) dixiſſe liceat!] fuit nullâ ſuâ culpâ, ætatis f) aliqvâ. Inde abortus, & ignorati uteri g) triſte experimentum h). Proinde, etſi non contigit tibi deſiderium fratris amiſſi, aut nepote ejus aut nepte ſolari, memento tamen, dilatum magis iſtud qvam negatum, cùm ſalva ſit, ex qvâ ſperari poteſt i). Simul excuſa k) patri tuo l) caſum, cui paratior apud fœminas m) venia eſt. Vale.

12. CAJUS PLINIUS MINUTIANO ſuo S.

Cùm Titinius Capito, ſtudiorum fautor, literarum reformator, recitaturus eſſet, excuſat diem à con-

paullò antè. Bu. e) *ne Diis imputare crimen videatur.* Ba. *Quem in ſenſum fortaſſe commodiùs legetur transpoſitis quibusdam verbis:* fuit [impune dixiſſe liceat!] nullâ ſuâ culpâ. f) *Reſpice ad lit. p. epiſt. præc.*

g) uterus, *prægnatio. Tacitus de uxore Arminii.* Ba.

h) *Convenit cum ſuperioribus* [*epiſt. præc. lit. r.*] *ubi legunt aliqui*, documentis. *Cat.* i) *nepos aut neptis.* Bu.

k) *Sequenti epiſtolâ* [*ſtatim initio*:] Hunc ſolum diem excuſo, *id eſt, propter hujus ſolius diei abſentiam me excuſatum tibi cupio. Svetonius Calig. c. 27.* Parentes ſupplicio filiorum intereſſe cogebat. Qvorum uni valetudinem excuſanti, lecticam miſit. *Ubi* valetudinem excuſare *eſt abſentiæ ſuæ cauſſam allegare valetudinem, & ita ſe excuſare. Quâ formâ & ratione in Claudio quoq; uſus eſt bis: & rurſus Nerone cap. 40.* Edictis Vindicis contumelioſis & freqventibus permotus Senatum epiſtolâ in ultionem ſui reiq; publicæ adhortatus eſt, excuſato languore faucium, propter qvem non adeſſet. *Bu.* l) *Fabato. Cat.*

m) *te fœminâ deprecante faciliùs veniam dabit fœmina Calphurniæ inopinati abortûs.* Cat.

contubernio Minutiani, ut Capitoni paria reddat, qvi recitationibus Plinii interfuerat: & materiâ ipsâ ſcribendi ductus; nam mortem illuſtrium virorum ſcriptis commendabat.

HUnc ſolum diem excuſo *n*). Recitaturus eſt Titinius Capito *o*): qvem ego audire, neſcio magis debeam an cupiam. Vir eſt optimus, & inter præcipua ſeculi ornamenta numerandus: colit ſtudia, ſtudioſos amat, fovet, provehit, multorumq;, qvi aliqva componunt, portus, ſinus *p*), præmium, omnium exemplum; ipſarum deniq; literarum jam ſeneſcentium *q*) reductor ac reformator. Domum ſuam recitantibus præbet *r*); auditoria, non apud ſe *s*) tantùm, benignitate *t*) mirâ freqventat: mihi

EP. 12. n) *vid. lit. k. ad epiſt. præced.* o) *de quo libro I.* [*ep. 17. p. 53.*] Cat. p) *id eſt, præſidium atq; refugium, quo ſeſe ſtudentes atq; ſcriptores ſic, quaſi in portum jactati nautæ, aut quaſi in ſinum parentis parvuli liberi recipiunt, ut tuti ſint, & metu vacui. Ita Senatus Romanus* portus atqve refugium nationum *Ciceroni dicitur. Similia & apud Ovidium de Ponto habes. De* Sinu *vide, quæ non ita pridem ad Hymnum Prudentii de Servatoris Natali notavimus.* Bu. q) *ab illâ floridâ & robuſtâ eloquentiâ ſterilitatem quandam redolentium: cujus rei cauſam pluribus quærit Tacitus in libello de cauſis corruptæ eloquentiæ.* Cat. r) *Caſaubonus p. 194. ad Theophr. characteres ex hoc Plinii loco, & aliis duobus, altero Juvenalis Sat. VIII. v. 38. altero Taciti de Oratoribus c. 9. §. 6. oſtendit, ſolitos olim divites ſuas domos poëtis, atque aliis ad recitationes & ἐπιδείξεις commodare.* s) *quæ domi ſuæ recitantibus præbet.* Bu. t) *id eſt, comitate, facilitate, ſive humanitate: id enim hîc* benignitas *eſt. Significat igi-*

mihi certè,ſi modò in urbe eſt,defuit nu
Porrò TANTO TURPIUS gratia

tur, Titinium & audiiſſe libenter recitatores, & al *Ɓore ac malignitate, ſeu reprehendendi libidine* *fuiſſe in audiendo. Uti à* malus, malignus, *& hinc* tas: *ita à* bonus, benignus, *& hinc* benignitas. bonus *&* malus: *ita* benignus malignusqve, gnitas malignitasq; *opponuntur. Porrò* malignit *θεια eſt : quam Plutarchus delineat libro περὶ τῆ* *κακοηθείας. Ejus maxima pars liƀor ſiƀe inƀidia eſt,* *hinc ſequitur, obtrectandi ſtudium, & omnia in pe* *pretandi. Quia itaque* maglignitas benignitasq *ximus, contraria ſunt, idcirco* livori *apud noſtru* *cap.3. opponitur* benignitas. *Quod & hic ſit ex par* *enim* benignitatem *Plinius, Terentius in Phormio* *go* Bonitatem *&* æqvanimitatem *ƀocat :* Bonita *probat bona;* æqvanimitatem, *quâ ƀitioſis ignoſc* *rum neutrum facit malignus & liƀidus: qui &* *recta, & modum in reprehendendis iis, quæ ſecus ſiu* *turq́, tenere haud poteſt. Sed aliquid majus* bo æqvanimitate *tamen* benignitas *habet. Illa enim* *cunctatione quâdam, & triſti fronte partibus ſui* *tur : iſta ƀerò & eadem praſtat, &, quæ in illis deſi* *facilitatem leporemq́, ac ſuaƀitatem addit. Itaque p* *cta non tantùm atque ignoſcit ƀitiis, ſed & ſponte* *& cum jucunditate quadam id facit : illa comme* *prædicans; hæc ƀel excuſans. B. Hieronymus in cap* *linæ epiſt. ad Galatas: Benignitas inquit,* ſive [qvia apud Græcos χρηστότης utrumqve ſonat,] lenis, blanda, tranqvilla, & omnium bonorum ſortio: invitans ad familiaritatem ſui, dulcis moribus temperata. Deniq; & hanc Stoici ita d *Benignitas eſt ƀirtus ſponte ad beneſaciendum expo* multum *bonitas* à *benignitate* diverſa eſt, qvia benefaciendum videtur expoſita: ſed in eo dif

u), qvantò honeſtior cauſa referendæ. tibus tererer, obſtrictum eſſe me crede- beunti ad vadimonia mea: nunc qvia omne negotium, omnis in ſtudiis cura, obligor tantâ ſedulitate celebranti *x*), in ligari ego, ne dicam ſolo *y*), certè maxi- ſum. Qvod ſi illi nullam diem *z*), nulla

ſſe *bonitas* triſtior, & fronte ſeveris moribus ir- bene qvidem facere, & præſtare qvod poſcitur: ien ſvavis eſſe conſortio, & ſua cunctos invitare re. *Bu.* u) *audiendo ipſum, qui tàm libenter* tè *& me, & alios audit.* Bu. x) *puta, ſtudia,* *itationes frequentat, quod paullò ante in Capitone* *at. Nam* celebrare *frequentare eſt, ſeu frequenter* *lere. Lucretius:* Et variæ volucres, lætantia qvæ arum Concelebrant. *Cicero I. Tuſculana Euripi-* *rmen vertens:* Nam nos decebat cœtu celebran- um Lugere, ſi qvis eſſet in lucem editus. *Idem* *Oratore principio:* Neqve verò nobis cupientibus antibus fructus otii datus eſt ad eas artes, qvi- eris dediti fuimus, celebrandas, interqve nos re- s. *Sic* celebrari *dicitur, quod crebrò ac frequenter* *ontingit. Tacitus cùm Hiſtor. II. cap.* 49. *expoſuiſſet,* *o Otho in ferrum incumbens ipſemet ſe interemiſſet,* *um quidam æmulatione decoris & caritate princi-* *à rogum ipſius ſe interfeciſſent,* promiſcue, *inquit,* Bedriaci, Placentiæ, aliisqve in caſtris celebratum s mortis tradit. *Tertullianus de Oratione:* In no- rehendi meretur, qvod apud idola celebratur.

y) ſoleo †. *Placet omnino altera lectio:* ne di- o, *qvæ elegantiſſimam ſententiam habet: perinde* *, ac ſi dixiſſet: dicerem me in eo ſolo obligari poſſe,* *eſſet invidioſum & νεμεσητόν.* Cal. z) *Malui* *tanæi, qvàm Aldi,* vicem. *Gru.*

qvaſi mutua officia deberem, ſolicitaret t
vel ingenio hominis pulcherrimo & ma
& in ſummâ ſeveritate dulciſſimo, vel ho
te materiæ. Scribit exitûs illuſtrium viro
iis qvorundam mihi chariſſimorum. Vid
go fungi pio munere, qvorumqve exeqv
lebrare non licuit, horum qvaſi funebrib
dationibus, ſeris qvidem, ſed tantò magis
intereſſe. Vale.

13. CAJUS PLINIUS GENIAL ſuo S.

Genialem & commendat, & felicem q̃vòd libellos ſuos cum patre doctiſſimo lege ab eo diſceret qvæ laudanda eſſent, qvæq; banda.

PRobo qvòd libellos meos cum patre Pertinet ad profectum tuum, à diſert viro diſcere qvid laudandum, qvid rep dendum: ſimul ita inſtitui, ut verum dic ſveſcas. Vides qvem ſeqvi, cujus debeas i re veſtigia. O te beatum! cui contingit u atqve idem optimum & conjunctiſſimu emplar; qvi deniqve eum potiſſimum i dum habes, cui natura eſſe te te ſimilimu luit. Vale.

14

EP. 13. a) *Genialem ſcribit Spartianus fu fectum prætorio Divi Juliani Imperatoris.* Cat. go, vivum: *non ex antiqvitate repetitum, ſed præſen natum. Sic deſcribit patrem.* Gro.

AJUS PLINIUS ARISTONI c)
ſuo S.

*ad Senatum relatum eſſet de pœnâ vel ab-
ıelibertorum & ſervorum Afranii Dextri,
âmorte perempti, qvidam Senatorum cen-
os necandos, alii relegandos, nonnulli libe-
In tantâ igitur ſententiarum diverſitate,
ındos & relegandos decernebant, unâ ſede-
ncordiam ſimulantes, ut numero opprime-
ji liberandos cenſuerant: qvâ ſententiâ de-
atim inter ſe diſſentirent. Qvod cùm
lvertiſſet Secundus, poſtulavit, ut qvi morte
los arbitrabantur, diſcederent ab his, qvi
dos putabant, motus præſertim facto Sena-
ıentis alium dividere ſententiam, qvi liber-
egandos, ſervos ſupplicio afficiendos cenſuiſ-
l igitur factum Ariſtonem ſummum Juris-
um conſulit an bene fecerit: ſed dum conſu-
ubtiliter rem tractat, ut potiùs docere qvàm
re videatur.*

Qq 2 Cum

---

14. c) *De hoc lib. I. Epiſt. 22. p. 69. d.*
ptanus L. Juri operam l. §. 2. D. de Juſtitia & Jure,
ludii, *inqvit, juris puta*, duæ poſitiones ſunt, *publi-*
rivatum. Publicum jus eſt, qvod ſtatum Rei Roma-
ſtat; *privatum*, qvod ad ſingulorum utilitatem.
m jus in ſacris, in ſacerdotibus, in magiſtratibus
; *privatum jus* tripertitum eſt: collectum enim
ıturalibus præceptis, aut gentium, aut civilibus.
it, publicum jus ad rei Romanæ ſtatum ſpectare.
Imperii ſtatum intelligit. Auſonius: Imperium, li-
nerem cur una notat res? *Hujus utriusq; juris pe-*

ſumus *k*). Qvò juſtius peto, primùm ut
[ſi qvis eſt error] tribuas veniam : dei
dearis ſcientiâ tuâ, cui ſemper fuit cur
jura publica ut privata, ſic antiqva *n*) u
tia *o*), ſic rara ut aſſidua, tractare. Atqv
bitror illis etiam, qvibus plurimarum
gitatio *p*) freqvens nihil eſſe ignotum
tur, genus qvæſtionis qvod affero ad te
ſatis tritum, aut etiam inexpertum fui
& ego excuſatior, ſi fortè ſum lapſus,
gnior laude, ſi potes id qvoqve docere,
obſcuro eſt an didiceris. Referebatur
tis Afranii Dextri Conſulis *q*), incer
an ſuorum manu, ſcelere an obſeqvio

tes ſint; ſed exercere etiam, quod ſumus : hoc e
natorem atq; præſtare. Bu. k) *libertate*
juſtiùs exercere debemus, cùm ſumus liberi. C
mus *Boxborniana exhibet* ſcimus. *Quam ſi ſeq*
integer in hanc faciem prodibit : Breve temp
[*relinquamus enim Plinio ſuum loquendi more*
prà uſurpatum initio ep. 27. lib. IV.] libet ſcir
[*non ſervi ampliùs, ut antè ſub Domitiano, ſ*
liberi,] libet, [*quid ſi* licet *hîc legamus ?*] ex
[*eſſe nos*] ſcimus. l) *ita Boxborniana, quod*
Barthio placuerat, pro, erroris, *quod hic quamq*
ſi conſtruas, veniam erroris, *minùs concinnū tan*
ſi reſpicias alterum ſimul, quod ſequitur, verbum
m) *Ita lego pro,* ſuperfuit curæ, *addicentib*
doctis omnibus. Caſ. *Et verò addicit Buch*
n) *duodecim tabularum.* Cat. o) *Im*
ſcripta & conſtitutiones ac reſponſa recentium J
p) *uſus & exercitatio. Frequenter enim* agit

bertas rudes nos & imperitos deprehen-
us dulcedine accenſi cogimur qvædam
ntè qvàm noſſe. Erat autem antiqvitus
um, ut à majoribus natu, non auribus
erùm etiam oculis *i*) diſceremus, qvæ
a, mox ipſi, ac *k*) per vices qvasdam,
la minoribus haberemus. Inde adole-
i *l*) ſtatim caſtrenſibus ſtipendiis imbue-
, ut imperare parendo, duces agere *m*)
qvuntur, aſſveſcerent: inde honores pe-
ſiſtebant curiæ foribus, & concilii pu-
ectatores anteqvam conſortes erant.
iq; parens pro magiſtro, aut cui parens
it, maximus qvisqve & vetuſtiſſimus *n*)

 pro

:ere. Ba. i) *dum introducebantur in Sena- ræſentes prætextati videbant, quæ Senatores gravis- arent.* Cat. k) *L.* ceu. *Ba.* l) *ut P. Corn. ueritiâ ſub auſpiciis patris cœpit militaribus diſci- diri: ductus enim in caſtra initio ſecundi belli Pu- mum & decimum agens annum.* Cat. m) *id ·e ac præſtare, quæ Ducis ſunt: quemadmodùm* ; agere *Panegyrico dixit. Fabius apud Valerium II. c. 2. exemplo 4.* Experiri volui, an ſcires con- ere. *Idem Valerius lib. V. c. 8.* Exuit patrem, ut ageret. *Sic* Senatorem agere *apud Tacitum An- . cap. 28. Magis poeticum eſt,*gerere aliqvem. *Clau-* Tu civem patremqve geras, *id eſt agas, exhibeas. oadibus:* Excidat Hector,gere captivum. *Florus, Poetarum ſermones exhibet, lib. I. c. 1.* Lupa vagi- ta ubera admovit infantibus,matremqve ſe ges- *t,pro matre ſe geſſit,materni officii partibus functa*

n) maximus *natu*, & vetuſtisſimus *ætate*.

læ. Qvid enim commune habet, occide
legare? Non herculè magis qvàm releg
abſolvere: qvanqvam propior aliqvantò e
tentiæ relegantis, qvæ abſolverit, qvàm q
ciderit *u*); utraqve enim ex illis vitam rel
hæc adimit: qvùm interim & qvi morte p
bant, & qvi relegabant, unà ſedebant *x*), &
porariâ ſimulatione concordiæ diſcordia
ferebant. Ego poſtulabam, ut tribus ſent
conſtaret ſuus numerus *y*), nec ſe brevib
duciis *z*) duæ jungerent. Exigebam ergò,
capitali ſupplicio afficiendos putabant,
derent à relegante, nec interim contra
ventes mox diſſenſuri congregarentur,
parvulum *a*) referret *b*), an idem diſplice

*ſtare, conſiſtere, valere. Nam quia diverſæ atque co
inter ſe, alia aliam tollebat.* Bu. u) qvæ ſolvit
qvæ occidit. *Ita citat Budæus p. 171. ann. prior. in
occidit etiam habent Aldus & Sichardus.* x
*eadem ſentirent, non diſcrepantia atque diverſa. N
diſceſſione Senatûs, de quâ & ſuprà perſtrinximus, q
ſentiebant alicui, concedere in eam ſubſelliorum part
quâ ſedebat auctor ejus ſententiæ, & ſedere unà &
cum eo ſolebant.* Bu. y) *i. e. ut ſicut tres diverſæ
tiæ eſſent, ita in tres diverſas partes diſcederet Senat
Volebam, inquit Plinius, æqvumq; eſſe cenſebam, ut
in tres partes fieret, ne duæ ſimul ad tempus junctæ, o
tium ſcilicet & relegantium, tertiam, id eſt noſtram
ventium perimerent, & ita liberti ſecundo certamin
aut relegatione periclitarentur, nullâ jam abſolution
liquâ.* Budæus loco lit. u. cit. z) temporar
cordiâ, ut paullò antè locutus fuit. Bu. a) paulu
b) *Nulla vel parva admodùm differentia eſſet inter*

ſtendum; qvod ſilentii tempus, qvis dicen-
iodus, qvæ diſtinctio pugnantium ſenten-
ım, qvæ executio prioribus aliqvid adden-
ı; omnem deniqve Senatorium morem,
l FIDELISSIMUM præcipiendi ge-
u), exemplis docebantur. At nos juvenes
ıus qvidem in caſtris *x)*: ſed qvùm ſuſpecta
ıs *y)*, inertia *z)* in pretio; qvùm ducibus

 aucto-

e, & copiam judicii ſui Reip. facere licuit. *Cat.*
*qvando non contradicendum, vel ob reverentiam cen-
, vel ſententiæ æqvitatem: an faſtidio audientium?* Cat.
*Qvi præcipit, nec facit ipſe, quæ præcipit, ſcientiam
m recti induit, non verò injicit ardorem ſequendi Nam
exemplis homines, quàm rationibus moveri ſolent.
æc*, exaſperat homines, *ut ille ait*, imperata corre-
blandisſimè jubetur exemplo. *Adde quòd qui alia
t, & alia agunt, aut inania ac non neceſſaria, aut ſu-
ires humanas præcipere videntur Noſter Panegyrici
ſ.* Infidelis recti magiſter eſt metus. Meliùs homi-
xemplis docentur: qvæ inprimis hoc in ſe boni ha-
qvod approbant, qvæ præcipiunt, fieri poſſe. *Inde
nymi ad Nepotianum monitum eſt*: Non confundant,
t, opera ſermonem tuum, ne, cùm in Eccleſiâ loqve-
acitus qvilibet reſpondeat: Cur ergo hæc, qvæ di-
ipſe non facis? *In cap. 7. Matthæi ſimiliter ſcribit*:
mqve Dei ſervis neceſſarium eſt, ut & opus ſermo-
ſermo operibus comprobetur. *Bu.* x) *cùm in
Tribunatum militum geſſit.* Cat. y) *Domitiani
oribus, quibus ſibi imminere, ſibi intendi putabat, quod
les pararetur. At ſub Trajano tutum erat militum reve-
am & charitatem mereri.* Cat. *Quod ſub Tyrannis ſo-
upra lib. II. ep. 1. de Virginio Rufo, egregio Duce*: Cæ-
, qvibus ſuſpectus, atqve etiam inviſus virtutibus
ıt, evaſit. *Bu.* z) *fuga honorum & negotiorum.*

auctoritas nulla, nulla militibus verecundia, nusqvam imperium, nusqvam obſeqvium, omnia ſoluta, turbata, atqve etiam in contrarium verſa, poſtremò obliviſcenda magis qvàm tenenda. Iidem proſpeximus curiam *a*) : ſed curiam trepidam & elinguem *b*), qvùm dicere qvod velles, periculoſum, qvod nolles, miſerum eſſet. Qvid tunc diſci potuit? qvid didiciſſe juvit? qvùm Senatus aut ad otium ſummum, aut ad ſummum nefas *c*) vocaretur, & modò ludibrio *d*), modò dolori retentus, nunqvam ſeria, triſtia *e*) ſæpe cenſeret. Eadem mala jam Senato-

publicorum : de quo ad lib. V. epiſt. 15. [p. 375. b.] Bu.

a) *ingreſſi fuimus Senatum : nam fuit prætor ſub Domitiano.* Cat. b) *Hinc Juvenalis hoc ipſum taxans dixit de Criſpo Senatore :* Ille igitur nunqvam direxit brachia contra Torrentem, nec civis erat, qvi libera poſſet Verba animi proferre, & vitam impendere vero. *Cat.* *Metu videlicet Tyranni. cùm, quia periculoſum quod velis dicere, & miſerum, quod nolis, ſilere præſtat & elinguem eſſe : quamvis nec iſtud ſine trepidatione. Nam & ſilentium ipſum ſub Tyrannis periculo planè haud vacat : quippe quod ad contemtum aut contumaciam interpretari ſoleant. Tacitus Hiſt. I. cap. 85.* Coacto in curiam Senatu arduus rerum omnium modus, ne contumax ſilentium, ne ſuſpecta libertas. *Bu.*

c) *cùm vocaretur Senatus, aut ut deſidéret otioſè in Curiâ, nullâ ſeriâ re ad deliberandum propoſitâ, aut ut nefaria Principis probaret : quorum alterum exponebat ludibrio, alterum dolorem afferebat.* Bu. d) *ut ſuper rhombi coquendi conſultatione, & ampliando gladiatorum numero, ac inſtituendo collegio Fabrorum. Nunc ingentes arcûs, exceſſuroſq; templorum faſtigium titulos, nunc menſes nomini Cæſarum dicebant.* Cat. e) *quippe quæ contrà animum,*

[redacted]

is arbitrantur. *Qvi alia omnia;* animad-
t non contenta lex dicere *alia*, addide-
ia. Num ergò dubium eſt, alia omnia
os qvi occidunt, qvàm qvi relegánt? *in*
tem ite, qvâ ſentitis. Nonne videtur
eos, qvi diſſentiunt, in contrariam par-
are, cogere, impellere? num conſulere
, ubi qvisqve remanere, qvò transgre-
it, non tantùm ſolennibus verbis, ſed
eſtuqve demonſtrat? At enim futurum
ſi dividantur ſententiæ interficientis &
is, prævaleat illa qvæ abſolvit. Qvid
cenſentes? qvos certè non decet omni-
bus, omni ratione pugnare, ne fiat qvod
eſt

vâ ergo ratione. g) *Scribe:* num conſulere
bi qvisqve remanere, qvo transgredi debeat?
m &c. *Sublatâ interrogationis notâ poſt* demon-
Aldina: impellere non conſulere etiam. *Et*
diſtinctione laborat locus. Utrique ſic remeden-
ror: Nonne videtur ipſa lex -- impellere non
? Nam ubi qvisqve &c. -- demonſtrat. *Dicit, diſ-*
legem non tam conſulere atque oſtendere, & ubi
quisque, & quo concedere, ſeu transgredi debeat,
ire, cogere, impellere. Et rationem ſubjicit: quod
nibus verbis tantum, ſed manu geſtuq; demon-
ue enim dicit: in illam partem licebit ire, *aut*
modi mollius & conſultorium magis, quam im-
: ſed, in illam partem ite; *imperans & quaſi*
jiciens, & jam perducens. Bu. *Merito hic obha-*
rus. Verbo enim conſulere *nihil loci: ſed ſcriben-*
ur: Nonne videtur ipſa lex - impellere? non
n etiam ubi qvisqve &c. *Nam geſtus manusq.*

læ. Qvid enim commune habet, occidere & relegare? Non herculè magis qvàm relegare & abſolvere: qvanqvam propior aliqvantò eſt ſententiæ relegantis, qvæ abſolverit, qvàm qvæ occiderit *u*); utraqve enim ex illis vitam relinqvit, hæc adimit: qvùm interim & qvi morte puniebant, & qvi relegabant, unà ſedebant *x*), & temporariâ ſimulatione concordiæ diſcordiam differebant. Ego poſtulabam, ut tribus ſententiis conſtaret ſuus numerus *y*), nec ſe brevibus induciis *z*) duæ jungerent. Exigebam ergò, ut qvi capitali ſupplicio afficiendos putabant, diſcederent à relegante, nec interim contra abſolventes mox diſſenſuri congregarentur, qvia parvulum *a*) referret *b*), an idem diſpliceret, qvi-

ſtare, conſiſtere, valere. Nam quia diverſæ atque contrariæ inter ſe, alia aliam tollebat. Bu. u) qvæ ſolvit, qvàm qvæ occidit. *Ita citat Budæus p. 171. ann. prior. in Pand.* occidit *etiam habent Aldus & Sichardus.* x) *quaſi eadem ſentirent, non diſcrepantia atque diverſa. Nam in diſceſſione Senatûs, de quâ & ſuprà perſtrinximus, qui conſentiebant alicui, concedere in eam ſubſelliorum partem, in quâ ſedebat auctor ejus ſententiæ, & ſedere unà & jungi cum eo ſolebant.* Bu. y) *i. e. ut ſicut tres diverſæ ſententiæ eſſent, ita in tres diverſas partes diſcederet Senatus.* Bu. *Volebam, inquit Plinius, æqvumq́ eſſe cenſebam, ut diſceſſio in tres partes fieret, ne duæ ſimul ad tempus junctæ, occidentium ſcilicet & relegantium, tertiam, id eſt noſtram abſolventium perimerent, & ita liberti ſecundo certamine morte aut relegatione periclitarentur, nullâ jam abſolutionis ſpe reliquâ.* Budæus loco lit. u. cit. z) temporariâ *concordiâ, ut paullò antè locutus fuit.* Bu. a) paululùm †. b) *Nulla vel parva admodùm differentia eſſet inter idem*

[illegible].

; non idem placuiſſet. Illud etiam mihi
rum videbatur, eum qvidem qvi libertos
ndos, ſervos ſupplicio afficiendos cen-
, coactum eſſe dividere ſententiam *c*):
utem, qvi libertos morte mulctaret, cum
nte numerari. Nam ſi oportuiſſet dividi
tiam unius, qvia res duas comprehende-
ion reperiebam qvemadmodum poſſet
ententia duorum tam diverſa cenſenti-
tqve adeò permitte *d*) mihi, ſic apud te,
m ibi, ſic peractâ re, tanqvam adhuc in-
rationem judicii mei reddere, qvæq; tunc
n multis obſtrepentibus dixi, per otium
re. Fingamus tres omninò judices in hanc
cau-

*e, & idem non placere. Quibus enim placebat occi-
n placuerat relegare, & econtrà.* Cat. *Pro Plinii
lato pronunciat & Grotius II. de Jure Belli 5. n. 19.
m uſu veniret, ut quis ſententiâ ſuâ in Curiâ duas
es complecteretur res, [ut hîc in quæſtione de fa-
us Afranii contigit, cùm Senatorum aliquis inter li-
ſervos Afranii faciendum diſcrimen, & iſtos qui-
dendos, illos relegandos cenſuiſſet,] tùm quivis Se-
i non in univerſum approbaret, ut divideretur ſen-
oc eſt, ut de ſingulis rebus referretur, poterat poſtula-
a Epiſt. 21.* Qvod fieri in Senatu ſolet, faciendum
hiloſophia qvoq; exiſtimo. Cùm cenſuit aliqvis,
parte mihi placeat, jubeo illum dividere ſenten-
ſeqvor. *Feſtus:* Numera Senatum, ait qvivis Senator
, cùm impedimento vult eſſe, qvo minùs faciat Se-
nſultum: poſtulatqve, ut aut res, qvæ afferun-
dantur, aut ſimul conſulantur. *Vide & Aſconium
tar. in Milonianam Ciceronis.* Bu. d) *Lego:*

Juniori excuſat, quòd multas uo

miſiſſet, quoniam intellexerat illi

graciles vindemias.

ONeravi te tot pariter miſſis

ſed oneravi, primùm, qvia e

de, qvia ſcripſeras tam graciles

ſententiæ, non ponderantur. *Bu.*

abſolvendos, altera relegandos pronunci

candos initiò ſtatuerant, mutarunt tande

acceſſerunt. Bu. *Significatur, tres au*

ſententiarum, in quorum ſententias triſ

tres autem diſceſſiones ad duas rediiſſe,

cundam ſe contuliſſet, ſecumq; ſequaces ſu

ann. prior. in Pand. p. 173. r) *id*

Nam ſicut alii auctores, ita & Plinius ſim

compoſitorum loco uti ſolet. Ut lib. VI.

tenuiſſe Varenum, ut ſibi evocare teſte

pro obtinuiſſe, ut hic. Suprà hac epiſtol

lit. b.] Difficile eſt tenere, qvæ accepe

pro retinere. Bu. s) *i. e. quæ rele*

ndos arbitrantur. *Qvi alia omnia*; animad-
is,ut non contenta lex dicere *alia*, addide-
mnia. Num ergò dubium eſt, alia omnia
ire eos qvi occidunt, qvàm qvi relegánt? *in*
partem ite, qvâ ſentitis. Nonne videtur
lex eos, qvi diſſentiunt, in contrariam par-
vocare, cogere, impellere? num conſulere
n*g*), ubi qvisqve remanere, qvò transgre-
beat, non tantùm ſolennibus verbis, ſed
u geſtuqve demonſtrat? At enim futurum
ut, ſi dividantur ſententiæ interficientis &
gantis, prævaleat illa qvæ abſolvit. Qvid
l ad cenſentes? qvos certè non decet omni-
ártibus, omni ratione pugnare, ne fiat qvod
eſt

, Qvâ ergo ratione. g) *Scribe*: num conſulere
, ubi qvisqve remanere, qvo transgredi debeat?
antum *&c. Sublatâ interrogationis notâ poſt* demon-
Caſ. Aldina: impellere non conſulere etiam. *Et*
o & diſpunctione laborat locus. Utrique ſic remeden-
rbitror: Nonne videtur ipſa lex -- impellere non
lere? Nam ubi qvisqve *&c.* -- demonſtrat. *Dicit, diſ-*
um legem non tàm conſulere atque oſtendere, & ubi
ere quisque, & quò concedere, ſeu transgredi debeat,
vocare, cogere, impellere. Et rationem ſubjicit: quòd
ſolennibus verbis tantùm, ſed manu geſtuq; demon-
Neque enim dicit: in illam partem licebit ire, *aut*
iſtiusmodi mollius & conſultorium magis, quàm im-
rium: ſed, in illam partem ite; *imperans & quaſi*
m injiciens, & jam perducens. Bu. *Merito hîc obba-*
hnerus. Verbo enim conſulere *nihil loci: ſed ſcriben-*
idetur: Nonne videtur ipſá lex -- impellere? non
l? en etiam ubi qvisqve *&c. Nam geſtus manuq;*

eſt mitius: oportet tamen eos qvi puniunt *b*), & qvi relegant, abſolventibus primùm, mox inter ſe comparari *i*); ſcilicet ut in ſpectaculis *k*) qvibusdam ſors aliqvem ſeponit ac ſervat, qui cum victore contendat: ſic in ſenatu ſunt aliqva prima, ſunt ſecunda certamina: & ex duabus ſententiis eam qvæ ſuperior exierit *l*), tertia expectat. Qvid qvod primâ ſententiâ comprobatâ cæteræ perimuntur *m*)? Qva ergò ratione poteſt eſſe non unus *n*) atqve idem locus ſententiarum, qvarum nullus eſt poſtea? Planiùs repetam: niſi, dicente ſententiam eo qvi relegat, illi qvi puniunt capite, initiò ſtatim in alia

ineptè attribuitur legi, optimè Conſuli ſolennia verba pronuncianti. Gro. h) *Sichardina:* qvi morte puniunt.

i) *Significat Plinius, ſententias morte & relegatione multantium ſingulas, id eſt, diviſas, cum abſolventium comparari debuiſſe, ut ſi ipſæ numero prævalerent abſolventium ſententiæ, inter ſe poſteà eædem altero certamine compararentur.* Budæus annot. prior. ad Pand. p. 172. 173.

k) *Vide Lipſium lib. II. Saturnal. c. 14. Senſus eſt: ut in ſpectaculis, feſſis aut victis gladiatoribus ſortitò ſolent ſubſtitui, qui cum victore contendant: ſic in Senatu, cùm tres diverſæ ſententiæ latæ, & ex duabus jam altera ſuperat ac prævalet, tertia reſtat adhuc, quæ victæ & ſuperatæ ſuccedat quaſi, & velut congrediatur cum eâ, quæ contra obtinuit.* Bu. *Senſum eſſe cenſeo: Ut in munere, cùm pares ſorte componunt, eâdem ſorte quosdam ſeparant à pugnaturis primò, & differunt, ut cum illis, qui adverſarium quisque ſuum ſtraverunt, præſertim ſi pugnent ſine miſſione, comparentur.* Gro.

l) extiterit †. *Al.* ſuperiorem exegerit, *ut è Cataneo diſcimus.* m) *Sic proximâ lit. e. dixerat:* Sententiæ duæ noviſſimam periment. n) *Genevenſis editio cum*

dolendi voluptas *h*): præſertim ſi in amici ſinu defleas, apud qvem lachrymis tuis vel laus ſit parata, vel venia. Vale.

17. CAJUS PLINIUS MACRINO ſuo S.

Tiberis adeò alveum ſuum exceſſerat, ut omnia plana contegeret: inſuper Anio ipſe nemora & villas adjacentes disjecerat. Petit igitur ſibi nuntiet Macrinus, ſi qvid ſimile in regione tranſpadana accidiſſet.

NUM iſtic *i*) qvoqve immite & turbidum cœlum? Hîc *k*) aſſiduæ tempeſtates, & crebra diluvia. Tiberis alveum exceſſit *l*) demiſſioribus ripis altè ſuperfunditur. Qvanqvam foſsâ, qvam providentiſſimus Imperator *m*) fecit, exhauſtus, premit valles, innatat campis, qvaqve planum ſolum, pro ſolo cernitur *n*). Inde, qvæ ſolet

mita. *Cat.* g) affici dolore †. h) *Ovidius*: eſt *quædā flere voluptas, Sedatur lacrymis egeriturq́; dolor.* Cat. *Vide Ariſtotelem lib. I. Rhetor. c. 11.* Bu.

EP. 17. i) *Brixiæ.* Cat. k) *in urbe.* Cat.

l) *Alibi non legi excreviſſe Tiberim ſub* Trajano: *anteà ſæpius, & poſteà. Nam ſub* Othone *memorat Tacitus & Plutarchus. Imperante etiam* Antonino *Philoſopho inundatio graviſſima fuit. Et ut omittam ſub* Theodoſio *ingens ejusdem fluminis incrementum: ſat illud, quod ſub* Mauritio *omnium, quæ hactenus legerim maximum, erit retuliſſe, adeò, ut ipſius aquæ ſuper muros urbis influerent, & maximas in eâ regiones occuparent.* Cat. m) *Trajanus.* Cat.

n) *Non inelegans conjectura Lipſii ad I. Annal. Taciti* [pen. ult.] *eſt, legentis*: qvaq́; planum, ſolus pro ſolo cerni-

tentiis duæ factæ *q*); tenuitqve *r*) ex duabus altera *s*), tertiâ expulsâ, qvæ qvùm ambas ſuperare non poſſet, elegit ab utrâ vinceretur *t*). Vale.

15. CAJUS PLINIUS JUNIORI *u*) ſuo S.

Juniori excuſat, qvòd multa volumina legenda miſiſſet, qvoniam intellexerat illi vacare propter graciles vindemias.

l) neqve enim majores noſtros exiſtimo judicia hæc conſtruxiſſe, ut tales in ipſis germinarent, ſed contrà ut arcerentur, & puniretis, & nemo æmularetur, neq; concupiſceret vitium. *Cat.* m) Si verò inſtitor eſt ſceleris, & maximus inſtitor & mercator. *Cat.* n) monſtra, non verba. *Æſchines contrà Cteſiphontem & Demoſthenem:* ταῦτα δὲ τί ἐστιν, ὦ κίναδος, ῥήματα ἢ θαύματα; hæc igitur, qvid ſunt, ô malefica vulpes, verba an monſtra? *M. Tullius de perfecto oratore:* Verborum omnium pondera reprehendit Æſchines, qvædam & exagitat, illudensqve dira, odioſa, intolerabilia eſſe dicit: qvin etiam qværit ab ipſo, cùm qvidem eum bellum appellat, utrum illa verba an portenta ſint? *Cat. Pal.* θαυματοποιῶν ῥήματα. *Editio illa anonyma:* θαυματοποιὰ ῥήματα: *ingenioſiùs quàm veriùs. Conſulantur Cataneana.* Gru. o) *Repræſentavi, quod offendi in Pal. aut vett. edd. quæ certè meliora retrò publicatis, aut adeò conjecturis aliorum: agnita etiam, niſi me fallunt oculi, Catanæo.* Gru. *Quod de* retrò publicatis *dicit hic Gruterus, ad lectionem puto pertinere, quam improbat Caſaubonus; quod de* conjecturis, *ad conjecturam Lectii, quam idem tuetur Caſaubonus his verbis:* In contrarium incidi dices, h.] *Lege ex certiſſimâ Jacobi Lectii conjecturâ:* In contrarium incidi: Dices hunc qvoqve ob iſta culpari: *nec multò aliter Catanæus.* p) *De-*

γε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸ αὐτὸ φθέγγεσθαι τὸν ῥήτορα καὶ τὸν νόμον. ὅταν δὲ ἑτέραν μὲν φωνὴν ἀφιῇ ὁ νόμος, ἑτέραν δὲ ὁ ῥήτωρ, τῷ τοῦ νόμου δικαίῳ χρὴ διδόναι τὴν ψῆφον, οὐ τῇ τοῦ λέγοντος ἀναισχυντίᾳ r). Alio loco s): ἔπειτα ἀναφαίνεται περὶ πάντων ἐν τῷ ψηφίσματι πρὸς τῷ κλέμματι γράψας, τὰ πέντε τάλαντα τοὺς πρέσβεις ἀξιῶν τοὺς Ὠρείτας μὴ ἡμῖν ἀλλὰ Καλλίᾳ διδόναι. ὅτι δὲ ἀληθῆ λέγω, ἀφελὼν τὸν κόμπον t), καὶ τὰς τριήρεις, καὶ τὴν ἀλαζονείαν, ἐκ τοῦ ψηφίσματος, ἀνάγνωθι u). Iterum alio: καὶ μὴ ἐᾶτε αὐτὸν εἰς τοὺς τοῦ παρανόμου λόγους περιΐστασθαι x). Qvod adcò probavit ut repetat, ἀλλὰ ἐγκαθήμενοι καὶ ἐνεδρεύοντες ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, εἰσελαύνετε αὐτὸν εἰς τοὺς τοῦ παρανόμου λόγους καὶ τὰς ἐκτροπὰς αὐτοῦ τῶν λό-

moſthenes. Cat. q) *Æſchine.* Cat. r) *ſunt iſta in oratione Æſchinis contrà Cteſiphontem*: Oportet enim, ô viri Athenienſes, idem dicere oratorem & legem: cùm verò aliam qvidem vocem emittit lex, aliam verò orator, legis juri opus eſt dare ſuffragium, non dicentis impudentiæ. *Cat.* s) *in eâdem oratione, ſed non ſtatim.* Cat. *Legitur hic Æſchinis locus f.444. Operum Demoſth.& Æſch. Ed. Francof. A.1604. quem quidem non usquequaque perſpicuum eſſe, vel ex annot. in eum H. VVolfii f. 1331. diſces.*

t) *ita ſcribe, non* πομπὸν, *quod interpres* [*Plinii Catanaus*] *craſſo errore* pompam *interpretatus eſt.* Caſ.

u) deinde declaratum eſt de omnibus in decreto ad furtum ſcribens, qvinqve talenta legatos ſentiens Oretas non nobis ſed Calliæ dare. Qvòd autem vera dico, auferens pompam [κόμπον *jactationem,*] & triremes & arrogantiam, ex decreto lege. *Cat.* x) *in ead. oratione*: non ſinatis ipſum circà iniqvitatis ſermones cir-

γων ἀπιτηρεῖτε *y*). An illa cuſtoditiùs preſſiusqve *z*)? σὺ δὲ ἑλκοποιεῖς, καὶ μᾶλλόν σοι μέλει τῶν αὐθημερῶν λόγων, ἢ τῆς σωτηρίας τῆς πόλεως *a*). Altiùs illa: οὐκ ἀποπέμψησθε τὸν ἄνθρωπον ὡς κοινὴν τῶν Ἑλλήνων συμφορὰν, ἢ συλλαβόντες ὡς λῃστὴν τῶν πραγμάτων διὰ τῆς πολιτείας πλέοντα τιμωρήσασθε *b*): & alia. Expecto ut qvædam ex hâc epiſtolâ, ut illud *c*), *gubernacula demunt*, &, *Diis maris proximus* d), iidem notis, qvibus ea de qvibus ſcribo, confodias *e*). Intelligo enim me, dum veniam prioribus peto, in illa ipſa, qvæ annotaveras, incidiſſe. Sed confodias licet, dummodò

cumſiſtere. *Cat.* y) ſed permanentes & confidentes in concione repellite eum ab iniqvis orationibus, & mutationes ejus verborum obſervate: *in quibus ſanè illud fuit*, ἐς τοὺς τοῦ παρόντος λόγους. Cat. z) Cuſtoditiùs, *cautiùs, notavimus ſuprà* [*p. 603. q.*] *Preſſiùs, id eſt, humiliùs: quia tùm cohibetur comprimiturq́ ingenium, ne ſequatur impetum, atque in granditatem oratio aſſurgat. Suprà* [*in hâc epiſt.*] *de Demoſthene:* Nunc ſe cohibet & comprimit. *Bu. Sichardina*, commodiùs preſſiusqve.

a) tu verò vulneras, & magis tibi cura eſt cotidianarum orationum, qvàm ſalutis civitatis. *Cat.* b) annon rejicietis hominem, tanqvam communem Græcorum calamitatem, aut comprehendentes tanqvam latronem rerum ſub prætextu pro rep. navigantem punietis? *Cat.*

c) *Sic Pal. & edd. vett.* [*quib. & accedunt mſſ. Modii, ipſo teſte epiſt. 12. Novant. Lect.*] *Recenter editis aberant*, ut illud. *Gru.* d) *leguntur hæc non longè à principio hujus epiſtolæ poſt lit. n.* e) *Paullò poſt*: Sed confodias licet: *id eſt, reprehendas & culpes. Habebant veteres Critici notas, quibus uterentur in lectione auctorum ad notanda ea, quæ bene aut ſecus dicta viderentur. Nam quæ probabant, il-*

modò jam nunc deſtines diem, qvo & de illis & de his coràm exigere *f*) poſſimus. Aut enim tu me timidum *g*), aut ego te temerarium faciam. Vale.

27. CAJUS PLINIUS LATERANO *h*) ſuo S.

Hiſtoriis reverentiam haberi exemplo monſtrat. Nam qvùm liber recitaretur de ſceleribus cujusdam, obſecrarunt ejus amici, ut reliqva pars à recitatione ſupprimeretur.

Zz 5 Qvan-

lis appingebant X: quæ improbabant, his veru parvum [ὀβελίσκων *appellabant] apponebant. Auſonius:* Pone obelos igitur ſpuriorum ſtigmata vatum, Laudes non culpas ipſe putabo meas. *Hinc* ὀβελίζειν *ejusmodi notâ ſignare eſt, quod* confodere *noſter dixit. Iſidorus:* OBELUS, id eſt virga jacens apponitur in verbis vel ſententiis ſuperfluè iteratis, ſive in iis locis, ubi lectio aliqvâ falſitate notata eſt: ut qvaſi ſagitta juguletatqve falſa *confodiat.* Sagitta enim græcè ὀβελὸς dicitur. *Bu.* f) *id eſt, deliberare, examinare, ac ponderare ſingula. Exigere enim proprium in æſtimationibus verbum, ſive hæ pondere, ſive regulâ fiant. Ita* exigere ad perpendiculum columnas, *apud Ciceronem;* exigere pondus margaritarum *apud Svetonium Cæſare; & alia iſtiusmodi apud alios legimus. Quin &* examen libræ *quaſi* exagimen *dicitur: quod &* Exagium *aliquando vocatur. Vetus inſcriptio Romæ: RATIO DOCUIT UTILITATE SVADENTE, CONSVETUDINE MICANDI SUMMOTA, SUB EXAGIO POTIUS PECORA VENDERE.* Sub exagio vendere, *eſt appenſa ad libram pecora vendere.* Bu.

g) tumidum †.

EP. 27. h) Sextilius Lateranus, *ad quem nunc ſcribit Secundus, conſulatum geſſit cum Vero Antonino, autem*

QVanta poteſtas, qvanta dignitas, qvanta majeſtas, qvantum deniq; numen *i*) ſit hiſtoriæ, cùm freqventer aliàs, tum proximè ſenſi. Recitaverat qvidam veriſſimum librum, partemqve ejus in alium diem reſervaverat. Ecce amici cujusdam orantes obſecrantesqve ne reliqva recitaret. TANTUS AUDIENDI qvæ fecerint pudor, qvibus nullus faciendi, qvæ audire erubeſcunt. Et ille qvidem præſtitit, qvod rogabatur: ſinebat fides. Liber tamen, ut factum ipſum, manet, manebit, legeturqve ſemper, tanto magis, qvia non ſtatim *k*). INCITANTUR enim homines *l*) ad agnoſcenda *m*) qvæ differuntur. Vale.

28. CAJUS PLINIUS ROMANO ſuo S.

Tribus

Capitolinus. Alii tamen [*Aldus, Sichardus, Rhenanus, Cratander,*] *non* Laterano *ſed* Paterno [*ad quem IV.14. VIII. 16.*] *ſcriptam epiſtolam credunt.* Cat. i) Numen *major humanâ, & qualis Deorum poteſtas eſt. Suprà lib. VII. ep. 27.* [*p. 550.*] Perqvàm velim ſcire, eſſe phantaſmata, & habere propriam figuram, numenq; aliqvod putes. *Bu.*

k) *quia continere intendebat illum ſcriptor apud ſe per aliquod tempus.* Cat. l) *Tacitus Hiſt. II. c.96.* Circumſteterat interim ſecretum palatium publica expectatio, magni ſecreti impatiens, & malè coercitam famam ſupprimentes augebant. *Idem Hiſt. I. c.17.* coercere ſermones præcipuum alimentum famæ *dicit. Sumus naturâ curioſi homines, & cognoſcendi avidi, ſecreta maximè & quæ premuntur: majora ſemper hoc ipſo rati, quòd occultantur & latent.* Bu. m) *L.* ad ea noſcenda. *Ba.*

Tribus epiſtolis, qvas à Virginio Romano pariter acceperat, reſpondet: ſed negat alias luculenter ſcriptas ſibi relatas, rogatq́; ut primum mittat.

POſt longum tempus epiſtolas tuas, ſed tres pariter, recepi: omnes elegantiſſimas, amantiſſimas, & qvales à te venire, præſertim deſideratas, oportebat. Qvarum unâ injungis mihi jucundiſſimum miniſterium, ut ad Plotinam *n*), ſanctiſſimam *o*) fœminam, litteræ tuæ perferantur: perferentur. Eâdem commendas Popilium *p*) Artemiſium: ſtatim præſtiti, qvod petebat. Indicas etiam, modicas *q*) te vindemias collegiſſe: communis hæc mihi tecum, qvanqvam in diverſisſimâ parte terrarum, qverela eſt. Alterâ epiſtolâ nuncias, multa te nunc dictare, nunc ſcribere, qvibus nos tibi repræſentes *r*): gratias ago. Agerem magis, ſi me illa ipſa, qvæ ſcribis aut dictas, legere voluiſſes: Et erat æqvum, ut te mea, ita me tua ſcripta cognoſcere, etiamſi ad alium qvàm ad me pertinent. Polliceris in fine, qvùm certius *s*) de vitæ noſtræ ordina-

EP. 28. n) *Trajani uxorem. In memoriis Brixianorum legimus, ſacerdotes divæ Plotinæ conſtitutos fuiſſe. Fuit & alia* Plotina, *uxor Aulici Cæſariani, raræ fidei, atq; ſingularis pudicitiæ fœmina, quæ maritum exulem ſecuta eſt, & reditum precibus impetravit.* Cat. o) *In Panegyrico, ubi de moribus illius plura diſſerit:* Qvid illâ, *inqvit*, ſanctius? qvid antiqvius? *&c.* Cat. p) pupillum †. *Legitur etiam* Pompilium. *Cat.* q) *graciles, ut vocat hujus libri ep. 20.* r) qvibus nos repræſentes. *Ita videtur legiſſe Catanæus, qui exponit; laudes, immortalem facias.* s) *Si-*

dinatione aliqvid audieris, futurum te fugitivum rei familiaris, ſtatimqve ad nos evolaturum, qvi jam tibi compedes nectimus, qvas perfringere *t*) nullo modo poſſis. Tertia epiſtola continebat, eſſe tibi redditam orationem pro Clario *u*), eamqve viſam uberiorem qvàm dicente me, audiente te, fuerit. Eſt uberior, multa enim poſtea inſerui *x*). Adjicis, alias te litteras curioſiùs ſcriptas miſiſſe; an acceperim qværis: non accepi, & accipere geſtio. Proinde primâ qvâqve occaſione mitte, appoſitis qvidem uſuris, qvas ego [non parciùs poſſum *y*)] centeſimas computabo *z*). Vale.

29. CA-

chardina: certi. t) *eadem*: effringere. u) *C. Lanio* †. *Alibi non meminit hujus orationis, neq; etiam hujus nominis.* Cat. x) *pro ſuo & aliorum Oratorum more. Lege ep.20, lib.I. Suprà hoc libro ep.13.* Poſteà actionem meam utcunq; potui, recollegi, addidi multa. *Nonnulla & Clariſſ. Voſſius ad iſtam rem notat lib. IV. Inſt. Orat. c.10. ſect.6. ſub ſinem.* Bu. y) *al.* [nec parciùs poſſim,] *noſtri mſſ.* [num parciùs poſſum ?] *Modius epiſt. 12. novant. Lect.* [*ap. Grut. V. Lamp. p. 30.*] *Cum ſcripturâ Modii facit Aldina quoque, &, Grutero teſte, Pal. & vett. edd.* z) *Iidem libri*: centeſimam putabo. *Gru. Atq; ſic & Sichardus. Oratio allegorica: vult mitti ad ſe literas, non tantùm eas, quas ſe ſcripſiſſe Romanus ſignificarat, ſed novas quoque, quæ ad illas accederent, ſicut uſuræ cum ſorte numerari ſolent. Uſurarum non unum genus, ſed pervulgatum* centeſimæ, *cùm centeſima ſortis pars in ſingulos menſes mercedis loco ſolveretur: ut, ſi quis centum nummos conduxiſſet, in ſingulos menſes ſingulos nummos penderet. De his uſuris eruditi viri ad Horatium Svetoniumq;: ſed videndus præcipuè Salmaſius de modo uſurarum.* Bu.

29. CAJUS PLINIUS RUSTICO a) ſuo S.

Excuſat ſua ſcripta, quòd non ſint exactiſſima: tamen, qvia ſunt plura & diverſi generis, toleranda.

UT ſatius eſt unum aliqvid inſigniter facere, qvàm plurima mediocriter b): ita plurima mediocriter, ſi non poſſis unum aliqvid inſigniter. Qvod intuens ego, variis me ſtudiorum generibus, nulli ſatis confiſus, experior. Proinde qvùm hoc vel illud legis, ita ſingulis veniam, ut non ſingulis c), dabis d). An cæteris artibus excuſatio in numero, literis durior lex, in qvibus difficilior e) effectus eſt? Qvid autem ego de veniâ, qvaſi ingratus? Nam ſi eâ facilitate, hæc proxima acceperis, qvâ priora, laus potiùs ſperanda, qvàm venia obſecranda eſt. Mihi tamen venia ſufficit. Vale.

30. CAJUS PLINIUS GEMINIO ſuo S.

Exprimit Geminio, laudanti Nonium tanqvam munificum, qvid ſit liberalitas: qva ſanè eſt, indigentibus donare, non falsâ liberalitatis ſimulatione divites captare.

Laudas

EP. 29. a) *filius Antiſtii Ruſtici, quem Martialis meminit periiſſe in Cappadociâ.* Cat. *Conf. Glandorp. Onomaſt. f. 65.* b) *Pal. & edd. vett.* Ut ſatius, unum aliqvid inſigniter, qvàm facere plurima mediocriter. *Gru.* c) *ſunt enim plura, & ideo majori veniâ digna, ſi unumquodq; non ſit perfectiſſimum.* Cat. d) *Sichardina*: ita de ſingulis, ut non ſingulis, judicabis. e) *certè* difficilior: *cæterarum enim artium inventi ſunt*

ubi incaluiſſet, in mare revolvi. Conſtat
vium Avitum *o*), legatum proconſulis *p*)
tus eductó religione pravâ *q*) ſuperfuſu
gventum: cujus illum novitatem odore

phinum, ſi quando in terram erumpit, mori. Cat.
tas hic magnorum auctorum eſt. Papinius enim, D
Plinius [*major*] *mori Delphinum, cùm tetigerit* t
ſcribunt. Exempla rem aliter habere docet Plin
Cautè Solinus, licet non magna alioquin prudentia
Delphini res Plinio exſcribens, hanc de morte ejus
ctâ, tacitus præteriit. Barth. *Tom. III. ad Papin.* p.

o) *quem ferunt furta Maronis Voluminibus*
Plinius Senior [*l. c.*] *& Solinus in ſuis collectan*
eum ſecutus, totum hoc Delphini mirum brevius
Alius, *inquiunt,* inter hos annos in Africo litore
nis Diarrhyti ſimili modo ex hominum manibus
præbensq; ſe tractandum, & alludens natantibu
ſitosq; portans, ungvento perunctus à Flaviano
ſule Africæ, & ſopitus, ut apparuit, odoris novit
ctuansq; ſimilis exanimi, caruit hominum conv
ne, ut injuriâ fugatus per aliqvot menſes; mox r
in eodem miraculo fuit. *Cat.* p) *Flaviani*, c
perio Delphinum ungvento conſperſit. Cat.
conſul provinciæ, cùm perſuaſiſſet animo, in Delp
latére divini aliquid: religionis ergò unguentó illum
perfundi. Id enim in Deorum ſimulacris fieri ſoleba
effigiati & uncti, & coronati lapides *apud Minuti*
mulacris Deorum. Sic & ſigna militaria *ungi ſole*
ligionis cauſſâ, quòd divini aliquid iis ineſſe exiſti
Prava religio δεισιδαιμονία *eſt, ſive ſuperſtitio, in ca*
ractere & iſtud ipſum Theophraſtus [*c. 17.*] *ponit:*
inqvit, λιπαρῶν λίθων τῶν ἐν ταῖς τριόδοις παριὼν ἐ
κύθου ἔλαιον καταχεῖν. καὶ ἐπὶ γόνατα πεσὼν καὶ π
ρας ἀπαλλάττεσθαι: Lapides unctos, qvi ſunt in
let oleo ex ampullâ perfundere, nec priùs di

donant, auferunt illi, famamq́ve liberali-
s avaritiâ petunt. PRIMUM eſt autem,
eſſe contentum: deinde, qvos præcipuè
s indigere, ſuſtentantem foventemq́ve, orbe
dam ſocietatis *l*) ambire. Qvæ cuncta ſi fa-
ſte, usqveqvaqve laudandus eſt: ſi unum
vod, minus qvidem, laudandus tamen: tam
um eſt etiàm imperfectæ liberalitatis exem-
. EA INVASIT *m*) homines habendi
ido, ut poſſideri magis, qvàm poſſidere vi-
ntur *n*). Vale.

31. CA-

---

olent. Noſter Paneg. c. 43. Nonne ut Regum, ita Cæſa-
munera illitos cibis hamos, apertos prædâ laqveos
abantur, cùm privatis facultatibus velut hauſta &
implicata retrò ſecum, qvicqvid attigerant, refer-
? *Martialis lib. VI. epig. 63.* Munera magna tamen
, ſed miſit in hamo: Et piſcatorem piſcis amare po-
Vide & lib. IV. epig. 56. ubi ſimilitudinem ipſam ex-
. Bu. l) ſocialitatis †. m) *Locus minus for-*
ſanus. Palatinus enim: exempla: res eximia ſit homi-
abendi cup. *Edd. vett.* exempli: tàm eximia tenet
nes habendi cupido: *quæ poſtrema ſcriptura forſan*
or vero. Gru. *Gruterus poſtremam ſcripturam vici-*
n vero ſuſpicatur. Immò longiſſimè diſtat. Vulgata verò
ntùm minùs ſana, quòd defectus copulativæ particulæ
nſuavem hiatum: quem non fuiſſe olim indicat, licet
s luxatis apicibusq́ literarum codex ſcriptus. Nimirum
plares eximia ſit, *nihil aliud vult, quàm ſcripſiſſe Pli-*
: Tàm rarum eſt etiam imperfectæ liberalitatis ex-
ar; & ea invaſit homines habendi cupido. *Vide Gro-*
ib. IV. c. 4. Ve. *Sichardina:* Tàm rara ſunt etiam
rfectæ liberalitatis exempla: tanta invaſit homi-
c. n) *ut magis à divitiis ſuis poſſideri, quàm ipſi*
re divitias ſuas videantur. Bu.

31. CAJUS PLINIUS SARDO ſuo S.

Sardi librum commendat, & gratias agit, qvòd ab eo laudatus ſit.

POſtqvàm à te receſſi, non minùs tecum, qvàm qvùm apud te, fui. Legi enim librum tuum, identidem repetens ea maximè, [non enim mentiar,] qvæ de me ſcripſiſti. In qvibus qvidem percopioſus fuiſti. Qvàm multa, qvàm varia *o*), qvàm non eadem de eodem, nec tamen diverſa, dixiſti *p*)? Laudem pariter & gratias agam? Neutrum ſatis poſſum, & ſi poſſem, timerem, ne arrogans eſſet, ob ea laudare, ob qvæ gratias agerem. Unum illud addam, omnia mihi tantò laudabiliora viſa, qvantò jucundiora; & tantò jucundiora, qvantò laudabiliora erant. Vale.

32. CAJUS PLINIUS TITIANO ſuo S. *q*)

Interrogat Titianum qvid agat. Se verò ſcribit in otio nolle longiores epiſtolas componere.

QVid agis? qvid acturus es? ipſe vitam jucundiſſimam, id eſt, otioſiſſimam vivo *r*). Qvo fit, ut ſcribere longiores epiſtolas nolim, velim legere: illud, tanqvam delicatus; hoc, tanqvam

EP. 31. o) *Sich.* variè. p) *Palat. de eodem jugo tamen diverſa dixiſti? Neq; ſecus edd. vett.* [*& in his Sichardina.*] Gru.

EP. 32. q) *Feſtiva epiſtola, vel potiùs feſtivum epiſtolium. H. Steph. præf. p. 24.* r) *Sichardina*: Qvid

unqvam otioſus. NIHIL EST enim aut pi-
rius delicatis, aut curioſius otioſis. Vale.

3. CAJUS PLINIUS CANINIO ſuo S.

Mira de Hipponenſi delphino narrat, qvi tantum uero aſſveverat, ut natantem ſubiret, & inſpectantibus multis per mare ferret, ac in terram reduceret. Monet igitur Caninium municipem ſuum, ut velit hanc materiam metro excolere.

INcidi in materiam veram, ſed ſimillimam fictæ, dignamqve iſto lætiſſimo *s*), altiſſimo, planeq; poëtico *t*) ingenio. Incidi autem, dum ſuper cœnam varia miracula *u*) hinc inde refeuntur. Magna auctoris fides: tametſi qvid poëtæ cum fide? Is tamen auctor, cui benè vel hiſtoriam ſcripturus crediidiſſes. Eſt in Africâ Hipponenſis colonia *x*), mari proxima: adjacet ei navigabile ſtagnum, ex qvo, in modum fluminis, æſtuarium emergit, qvod vice alternâ, prout æſtus aut repreſſit aut impulit, nunc infertur mari, nunc redditur ſtagno. Omnis hic ætas pi-

 ſcandi,

gis? an qvod ago ruri ipſe? vitam jucundisſimam, id eſt otioſisſimam? Qvo fit &c.

EP. 33. s) Scholaſtico †. t) *Caninius bellum Dacicum, quo Trajanus Dacos vicit, ſcribere exorſus erat: ſuprà p. 579.*] Cat. u) *quæ admirationem movent, & ſuprà fidem quodammodò ſunt, & poetarum fabulis ſimilia.* Bu. x) *Strabo:* Duo Hippones, alter Uticæ proximus, alter remotior, & freto propinqvus. *Solinus* *verum promontorium trudit Hipponem* regium. *poſtea di-*

ſcandi, navigandi, atqve etiam natandi ſtudio tenetur: maximè puerorum, qvos otium ludusqve ſolicitat *y*) His gloria & virtus altiſſimè provehi: victor ille qvi longiſſimè ut littus, ita ſimul nantes, reliqvit. Hoc certamine puer qvidã, audentior cæteris, in ulteriora tendebat: delphinus occurrit, & nunc præcedere puerum, nunc ſeqvi, nunc circuire; poſtremo ſubire, deponere; iterum ſubire, trepidantemqve perferre primùm in altum; mox flectit ad littus, redditq; terræ & æqvalibus. Serpit per coloniam fama: concurrere omnes ipſum puerum tanqvam miraculum aſpicere, interrogare, audire, narrare *z*). Poſtero die obſident littus *a*), proſpectant mare, & ſi qvid eſt mari ſimile *b*). Natant pueri: inter hos ille, ſed cautiùs. Delphinus rurſus ad tempus, rurſus ad puerum venit *c*). Fugit ille cum cæteris. Delphinus, qvaſi invitet, revocet *d*), exilit *e*), mergitur, variosqve orbes impli-

---

ctum: item Hipponem alterum de interfluente freto diarrhytum *appellatum. Hîc procul dubio* diarrhytum *intelligit, Romanorum coloniam.* Cat. y) *eò inducit atq; invitat. Otium ludus ſequitur: ludendi voluptas ludum ipſum invitat.* Bu. z) *narrabant aliis, quæ audiverant.* Cat. *Sichardina*: narrare, reſpondere. a) *per litus ſedent magno numero, occupantq; ac opplent.* Bu. b) *ſtagnum illud æſtuarium.* Cat. c) *in aliquibus codicibus non habetur* [venit] *ſubintelligitur tamen.* Cat. d) & evocet †. e) *in altum ſalit ab æſtuario, ut videretur.* Ocyor, *inqvit Plinius avunculus,* Delphinus volucre, ocyor telo, tantâ vi exilit, ut plerunq; vela navium transvo-

t *f*) expeditqve. Hoc altero die, hoc tertio, pluribus, donec homines innutritos mari et timendi pudor: accedunt, & alludunt, pellant *g*): tangunt etiam, pertrectantqve entem *h*). Creſcit audacia experimento. mè puer, qvi primus expertus eſt, adnatanſilit tergo *i*); fertur referturqve; agnoſci mari putat; amat ipſe *k*), neuter timet, neumetur. Hujus fiducia, manſvetudo illius ur: nec non alii pueri dextrâ lævâqve ſiunt hortantes monentesqve. Ibat unà [id ve mirum] delphinus alius *l*), tantùm ator & comes. Nihil enim ſimile aut facieaut patiebatur: ſed alterum illum duce), ut puerum cæteri pueri. Incredibile *n*), verum tamen qvàm priora,] delphinum torem colluſoremqve puerorum in terram ve extrahi ſolitum, areniſqve ſiccatum,

 ubi

t. f) implicat †. g) *Nam à ſimo roſtro* es *Vocabant: Vide Plinium lib. IX. hiſtor. c. 8. ubi & pſam hiſtoriam inter alia exempla* φιλανθρωπίας, *qua phinis eſt, refert. Adde Gellium lib. VII. c. 8. & Plu*m *de induſtriâ animalium.* Bu. h) *Quidam co*non *habent* præbentem *ſc. ſe tractandum, ſed* præm. *Cat.* i) *ſequor hic Sichardinam. Alia:* adnatanti, inſilit tergo. k) Agnoſcunt ſe, ex marum ille, è terrâ iſte, neuter timet *&c. Ita Sichar*- *nec malè, opinor.* l) *Eadem Sichardina:* hor- monentesqve, ne timeat. Id qvoqve mirum, Dels alius tantùm *&c.* m) reducebatqve. *Sich.* Non *eſt mirum, ſi dixit incredibile, quia avunculus lib. IX. hiſt. nat. c. 8.*] *tradit, ſtatim tellure tactâ Del*-

illuſ cepeiſſ, nominum ſcelera

lonis y) [ut videtur ipſis] n

ris, qvorum mihi agreſtes qve

ſtras, & iſthæc z) urbana oper

Vale.

37. CAJUS PLINIUS PA
ſuo S.

Excuſat ſe, qvòd non poterit R
Januariis officii gratiâ, qvùm Pau
inibit. Nam in Tuſcis retinebatur
collocanda.

---

tur. *Cat.* x) *Etſi habebant regula*
degenda vitâ quotidianâ ſervarent: in
men, pro quibus aliquid mutandum ven
dianum ſomnum eximebat noſter, de qu
jus libri. Capitolinus in Antonino Pio: I

m refugiſſe r); nec niſi poſt multos dies s) m langvidum & mœſtum, mox redditis viri- priorem laſciviam & ſolita miniſteria repe-. Confluebant ad ſpectaculum omnes ma- atus, qvorum adventu & morâ, modica reſ- lica novis ſumptibus t) atterebatur. Poſtre- locus ipſe qvietem ſuam ſecretumqve per- it. Placuit occultè interfici, ad qvod coiba- Hæc tu qvâ miſeratione, qvâ copiâ deflebis, ibis, attolles? Qvanqvam non eſt opus af- as aliqvid aut adſtruas u): ſufficit, ne ea qvæ vera, minuantur. Vale.

 34. CA-

i poſito genu eos fuerit veneratus. *Bu.* r) *ſuſpe- ctio: vacillat enim ſtructura verborum, ſanior futura, d* in altum, *ejiciamus. Quid ſi legamus [quod apud al- i Plinium ac Solinum in hâc hiſtoriâ eſt,]* novitate is? *aut*, novitate odoreqve in altum refugiſſe? *Ve- t in mentem quoque*, vitantem odorem. s) *men- vit avunculus [ſuprà lit. o.]* Cat. t) *Catanæum egiſſe*, immodicis Reſp. ſumptibus. *Locum ejus inte- adſcribo:* Immodicis] *maximis: nam ſumptûs de pu- faciebant magiſtratibus confluentibus. Hinc Plinius ſe- narrato miraculo ſcribit:* Injuriæ poteſtatum in ho- es ad viſendum venientium Hipponenſes in necem compulerunt. *Et Cic. lib. III. ad Appium:* Apameæ iſſem, multarum civitatum principes ad me detule- ſumptûs decerni nimis magnificos, cùm ſolvendo ites non eſſent. *An magis placet legere:* modica Reſp. *is & mediocribus facultatibus colonia Hipponenſis. Ha- Catanæus, cujus ultima hæc verba, ut interpretamen- genere characteris à textu,* modica Reſp. *diſtinximus. vit enim Stephanus, qui variæ lectioni etiam interpre- tum hoc admiſcuit.* u) *Aldina:* aut ſtruas. *Si- ina utramque vocem omittit.*

34. CAJUS PLINIUS TRANQVILLO ſuo S.

Conſulit Tranqvillum, an experiatur Encolpum libertum ſuum in recitatione verſuum ſuorum, cùm ipſe ſibi diffidat.

EXplica æſtum *x*) meum. Audio me malè legere, duntaxat verſus: orationes enim commodius *y*), ſed tanto minus verſus. Cogito ergò recitaturus familiaribus amicis experiri libertum meum *z*). Hoc qvoqve familiare, qvod elegi non benè, ſed melius ſcio lecturum *a*): ſi tamen non fuerit perturbatus. Eſt enim tam novus lector, qvàm ego poëta. Ipſe neſcio, qvid illo legente interim faciam: ſedeam defixus & mutus & ſimilis otioſo? an [ut qvidam] qvæ pronuntiabit, murmure, oculis, manu proſeqvar *b*)? Sed puto, me non minùs malè ſaltare *c*),

EP. 34. x) Æſtus *dubia mentis eſt fluctuatio, ductâ ab mari metaphorâ. Virgil. VIII. Æn.* magno curarum fluctuat æſtu. *Sic* ſalum *uſurpavit Apulejus initio l. IV. Mileſ.* Ego igitur, cùm in iſto cogitationis ſalo fluctuarem. *Gonſal. ad Petron. p. 23.* y) *Diſpar ergò lectio, & canora vox uſui legendis verſibus. Vide Gell. lib. XVIII. c. 5.* Ba. *Adde, quæ ſuprà p. 384. y. ex eodem dedimus.* z) *Encolpum, de quo in principio VIII. nam Zoſimum jam amiſerat.* Cat. a) *Habuerim vocem* ſcio *pro ſpuriâ: niſi forte altius ſubeſt ulcus. Nam Palat. & ed. vetus,* non bene ſit melius lecturus. *Gru. Putem loco toti è lectione, quam Sicbardus habet in margine, ſic eſſe conſulendum:* Hic qvoqve ſimiliter, qvem elegi, non benè [*ſc. leget.*] Sed melius [*quàm me*] ſcio lecturum, ſi tamen *&c.* b) *Noſter ſuprà V. ep. 3. p. 322.* qvid qviſqve ſentiat, perſpicit ex

re *c)*,qvàm legere. Iterum dicam,explica æſtum meum vereqve reſcribe, num ſit melius, peſſimè legere, qvàm iſta vel non facere, vel facere. Vale.

35. CAJUS PLINIUS APPIO *d)* ſuo S.

Scribit Appio, ſe emendaturum librum qvem ad ſe miſerat, & cùm diligentiam in retractandis operibus probet, nimiam tamen reſpuit.

Librum qvem miſiſti, recepi, & gratias ago: ſum tamen hoc tempore occupatiſſimus. Ideò nondum eum legi, cùm alioqvi validiſſimè cupiam. Sed eam reverentiam cùm literis ipſis, tum ſcriptis tuis debeo, ut ſumere illa, niſi vacuo animo, irreligioſum putem. Diligentiam tuam in retractandis operibus valdè probo. Eſt tamen aliqvis modus: primùm qvòd nimia cura deterit *e)* magis qvàm emendat; deinde qvòd nos à recentioribus revocat, ſimulqve nec abſolvit priora, & inchoare poſteriora non patitur. Vale.

36. CAJUS PLINIUS FUSCO ſuo S.

vultu, oculis, nutu, manuum motu, murmure, ſilentio. *Vid. & p. 99. z.* c) *geſticulari.* Ba.

EP. 35. d) *Alii non* Appio, *ſed* Oppio *ſcribi hanc epiſtolam autumant. Oppii ſit mentio apud Plutarchum in Vitâ Othonis.* Cat. e) *neceſſaria tollit. Sic dixerat ad Tranquillum;* [*p. 362. l.*] nec jam ſplendeſcit limâ, ſed atteritur. *Cat.*

mus. Legi enim librum omnibus nume ſolutum. Cui multum apud me gratiæ ipſius adjecit. Judicavi tamen. Neqve e li judicant, qvi malignè legunt. Vale.

39. CAJUS PLINIUS MUSTI ſuo S.

Muſtium architectum, ædem Cereris reſ rogat, ut marmor emat, ad id neceſſarium: mam porticuum ſcribat.

ARuſpicum monitu reficienda eſt mi Cereris *s*) in prædiis in melius & i jus *t*). Vetus ſanè & anguſta *u*), cùm ſit ſtato die *x*) freqventiſſima. Nam idi ptembribus magnus è regione totâ co lus, multæ res aguntur, multa vota ſuſcip multa redduntur; ſed nullum in proxim

EP. 39. s) *Etiam privatis hominibus hæc r fuit, ſacras ædiculas in ſuis agris habere, pro cujus vel magnificentiâ. Nota vero, quod dicitur* Aruſp nitu: *neq; enim privatâ authoritate, ut exiſtim bat. Dedicatio certè, ut hodie, ſic olim tota erat ju ficii, ut adparet ex oratione Ciceronis de Aruſpicu ſis. Neque aliter uſi hac poteſtate Imperatores, q iidem erant Pontifices Maximi: ut Trajanus ap dem Plinium lib. X.* Scip. Gentil. Comment. *apol. n. 577.* t) *Sich.* in prædiis meis in majus. u) *Scribo,* eſt anguſta, *vel, mutatâ ne*: in melius & in majus, vetus ſanè & angu *ſ. Caſ. Aldina*: Vetus ſanè, & anguſtâ cùm qvi *&c.* x) dedicationis die †. y) *Rec* [*H. Stephani*] ex proximo. *Sed alterum* [illegible]

qvinta, [neqve enim certum dimenſumqve tempus,] ut dies ſvaſit *l*), in xyſtum *m*) me vel cryptoporticum confero; reliqva meditor & dicto; vehiculum aſcendo. Ibi qvoqve idem, qvod ambulans aut jacens. Durat intentio, mutatione ipſa refecta. Paulùm redormio, dein ambulo, mox orationem græcam latinámve clarè & intentè, non tam vocis causâ qvàm ſtomachi *n*), lego: pariter tamen & illa firmatur. Iterum ambulo, ungor, exerceor, lavor *o*). Cœnanti mihi, ſi cum uxore, vel paucis, liber legitur: poſt cœnam, comœdus *p*) aut lyriſtes: mox cum meis ambulo, qvorum numero ſunt eruditi. Ita variis ſermonibus veſpera extenditur, & qvanqvam longiſſimus dies, citò conditur *q*). Non-

 nun-

l) *in quibusdam exemplaribus legitur,* fulſerit. *Cat.*

m) *ambulationem ſub dio, quæ arbores & porticús hinc inde habet, quò ſe transferebat ſereno tempore: at nubilo in cryptoporticum, id eſt, abditam porticum.* Cat. n) *cui utilem lectionem claram meminit Celſus, ſtomachi remedia ſcribens.* Cat. *Exercitationem vocis valdè conducere valetudini Plutarchus oſtendit de ſanitate tuendâ. Etiam Oribaſius teſtatur, duplici fine exercuiſſe vocem veteres, ad remedium morborum, & vocis cultum. Et hâc de cauſſâ magiſtros vocis ſeu monitores ac præceptores habebant, quorum Cælius, Aurelianus meminit lib. I. & II. tardarum paſſionum: itemq; Quinctilianus & Svetonius Auguſto c. 84. & Nerone c. 24. qui* Phonaſcos *appellant.* Bu. o) *Stomacho Secundum laborâſſe demonſtrant redormire, ungi, exercere, lavari, quæ ſingula tractantur à Celſo in curatione ſtomachi.* Cat.

p) comœdi †. *Al.* comœdia. *Sed optimè,* comœdus, *ut epiſt. 17. & 40. hujus libri.* q) *legimus etiam,* claudi-

nunqvam ex hoc ordine aliqva mutantur *r*). Nam ſi diu jacui vel ambulavi, poſt ſomnum demum lectionemqve non vehiculo, ſed [qvod brevius, qvia velocius] eqvo geſtor *s*). Interveniunt *t*) amici ex proximis oppidis, partemqve diei ad ſe trahunt, interdũq; laſſato *u*) mihi opportunâ interpellatione ſubveniunt. Venor aliqvando: ſed non ſine pugillaribus, ut qvamvis nihil ceperim, nonnihil referam *x*). Datur & colonis *y*) [ut videtur ipſis] non ſatis temporis, qvorum mihi agreſtes qverelæ literas noſtras, & iſthæc *z*) urbana opera commendant. Vale.

37. CAJUS PLINIUS PAULINO ſuo S.

Excuſat ſe, qvòd non poterit Romæ eſſe calendis Januariis officii gratiâ, qvùm Paulinus conſulatum inibit. Nam in Tuſcis retinebatur circa prædia ſua collocanda.

Nec

tur. *Cat.* r) *Etſi habebant regulam veteres, quam in degenda vitâ quotidianâ ſervarent: incidebant tempora tamen, pro quibus aliquid mutandum veniret. Sic hieme meridianum ſomnum eximebat noſter, de quo ultimâ epiſtolâ hujus libri. Capitolinus in Antonino Pio:* In fundis ſuis vixit varie, & pro temporibus. *Bu.* s) *De geſtatione ſuprà ad ep. 7. hujus libri.* t) Interim veniunt †. u) laſſo †. x) *Sic lib. I. ep. 6. p. 17. 18.* y) *ruſticis.* Ba. *Ruſticos vocat ep. 15. hujus libri, ubi pariter de querulis horum libellis. Sic de querelis ruſticorum VII. epiſt. 30. p. 563.* z) hæc †.

NEc tuæ naturæ eſt,translatitia *a*) hæc & qva-ſi publica officia à familiaribus amicis ontra ipſorum commodum exigere : & ego te onſtantiùs amo, qvàm ut verear, ne aliter ac elim accipias,niſi *b*) te Calendis *c*)ſtatimCon-ulem videro *d*) : præſertim cùm me neceſſitas ɔcandorum *e*) prædiorum plures annos ordi-ıatura *f*) detineat,in qvam *g*) mihi nova con-ilia ſumenda ſunt. Nam priore luſtro *h*),qvan-ɉvam poſt magnas remiſſiones *i*), reliqva *k*) :reverunt.Inde plerisqve nulla jam cura minu-:ndi æris alieni, qvòd deſperant poſſe perſolvi; 'apiunt etiam,conſumuntqve qvod natum eſt, ıt qvi jam putent ſe non ſibi parcere *l*).Occur-ren-

EP. 37. a) **Translatitia** *communia omnia atque* *ulgaria, & quæ expedias facilè, appellantur : de quo plura ruditiſſimus Voſſius lib. IV. Inſt. Orat. c. 6. ſect. ult.* [*p. 111.*] 3u. b) *Puto ſcribendum*, ſi non. *Gro.* c) *Ja-ıuariis puta, quibus inibant magiſtratûs.* Bu. d) *id eſt, ıiſi adfuero tibi auſpicanti honorem, & gratulatus de eo fue-'o.* Bu. e) Thuſcanorum †. *inuſitatâ formâ denomi-ıatibum. A Thuſciâ enim* Thuſcus *à Thuſcanus* Thuſcanien-ſis; *à Thuſculo Thuſculanus deduci ſolet. Qvare magis probo,* ocandorum. *Cat.* f) *plurium annorum ordinatio-ıem conſtitutura.* Bu. g) in qvâ †. h) *Igitur in-uſtra ſingula, h. e. quinque annos prædia ſua collocabant 'eteres : in quam rem plura JCtorum loca* [*Ulp. ff. I. de ad-miniſtratione rerum ad civitatem pertinentium; & ff. XXV. 'e ſoluto matrimonio ; & ff. XLV. de verb. oblig. Ibid. Pomp. 5 Paul. ff. XXXIV. de lib. leg. & Lab. ff. XXXII. allegat.* Bu. i) *Vide VIII.* [*ep. 2.*] Cat. k) Reſte/ *de quo suprà p. 535. g.*] *Inde* Reliqvatores *in Jure dicti.* Bu. l) *pla-ere* †. *Ineptiſſima lectio. Scribe* parcere *ex melioribus edi-*

huc licet ver & autumnum *m*), qvæ inter mem æſtatemqve media, ut nihil de d perdunt, ita de nocte parvulum acqvirunt. Vale.

C. PI

ſvetudinem noſtram. Addas. m *Ita locum emendaverunt Modius c. 12. novantiq. Lect. [apud Gr Lamp. p.30.] ex membranis ſuis, &, Caſaubono teſte ac ſ gatore, Lectius; quanquam apud Caſaubonum [ſic reor] vitio excuſum eſt,* vel & autumnum, *pr* & autumnum. *Nam & Grutero agnovit nihil hic notare ticulam* vel, *faceretq; profectò injuriam induſtrioſſim ctii ingenio elegantiſſimo. Vera lectionis indicia Grut idem & hæc profert è Pal. & edd. vett.* vere tantum qvæ: *quæ videlicet prope abſunt ab his:* ver & autumn qvæ. *Sed fecit corrupta ſcriptura, ut Catanæus hic illud* tum non, *ſive, quod vocabuli monſtrum in Aldinâ quo reperio,* tantumnum *ſibi ſumeret interpretandum, nullo dem ad hunc Plinii locum commodo. Cæterùm vulgatiſſi lectio erat:* Addas huc licet autumnum. *Huic adſcrip Barthius:* L. *autumnam*, conſvetudinem nempe, & loqvebantur. *Verùm nihil præferendum emendationi, quam è Modio & Lectio dedimus.*

t *o)* alioqvi NULLUM JUSTIUS *p)* genus editûs, qvàm qvod terra, cœlum annus refert. At hoc *q)* magnam fidem, acres oculos, numeroſas manûs poſcit: experiendum tamen, &, quaſi in veteri morbo, qvælibet mutationis auxilia tentanda ſunt. Vides qvàm non delicatam me cauſa obire primum Conſulatûs tui diem non ſinat: qvem tamen hîc qvoqve ut præſens votis, gaudio, gratulatione celebrabo. Vale.

38. CAJUS PLINIUS SATURNINO ſuo S.

Laudat Rufum non tam qvòd id Saturninus juſſiſſet, qvàm qvòd mereretur.

EGo verò Rufum *r)* laudo: non qvia tu, ut ita facerem, petiiſti, ſed qvia eſt ille digniſſimus.

---

er *Caſaubonus. Ego & præfero.* p *Virgilius II. Georg.* O fortunatos nimium, bona ſi ſua norint, Agricolas! qvibus ipſa procul diſcordibus armis Fundit humo facilem victum juſtisſima tellus. Juſtisſima tellus, *quia nullum juſtius genus reditûs, quàm quod ex terrâ. Et ideò Juſtitia extrema per agros, excedens terris, feciſſe veſtigia eidem Maroni memoratur. Philemon:* δικαιότατον κτῆμ' ἐστὶν ἀνθρώποις ἀγρός. Poſſesſio homini juſta maximè eſt ager. *Cato de re ruſticâ:* Ex agricolis & viri fortiſſimi, & milites ſtrenuiſſimi gignuntur; maximèq; pius qvæſtus ſtabiliſſimusqve conſeqvitur, miniméq; invidioſus. *Bu.* q) Ad hoc †. *Scribe:* At hoc †. [*quomodo & in ſcholio Catanæi legitur.*] *planisſimâ ſententiâ, quæ antea nulla erat.* Caſ. Hoc *autem, id eſt, ſi operi exactores, cuſtodes fructibus donam.*

EP. 38. r) *Octavium Rufum.* [*ad quem ſcribit. I. Ep. 7.*] Cat.

An tenuit quidem, ſed pro decimo numeravit nonum, ſimiliterq; præcedentem pro nono octavum, quòd octavo noſtro careret? Reſpice ad ea, quæ 573. a. & p. 666. a. dicta ſunt. An ne octavo quidem caruit, ſed hunc decimum eodem cum cæteris cenſu, à quibus inſigniter diverſus eſſet, habere voluit? Conf. Catanæum præf. p. 622. ed. Veenhuſ. & Savar. ad Sidon. IX. ep. 1. p. 534. quanquam & obſcuritate quâdam hic laborat Catanæus, & mentem ejus non ſatis eſt aſſecutus Savaro. Diſcrimen hujus libri à cæteris ſatis eſt evidens. Illi ſinguli ad multos familiares promiſcuè ſunt ſcripti; hic ad unum Cæſarem Trajanum. Ergò ut Ciceronis ad Atticum, ad Q. Fratrem, ad Brutum libros epiſtolarum non annumeramus cæteris ad familiares promiſcuis: ita Plinianus hic ad Trajanum ſolum non mirum eſt, ſi cui veterum olim planè ſeparandus à cæteris fuit viſus: Sidonio maximè, qui ſua cogitabat ad exemplum Plinii componere. Sunt autem Sidoniani libri promiſcui omnes, nullus ad unum ſolum: ne quidem epiſtolarum ulla ad aliquem Cæſarum. Quâ in re Symmachum dicas propiorem Plinio. Nam hujus liber decimus epiſtolas continet Imperatoribus ſcriptas. Jam etiam hoc ait Cunradus Rittershuſius peculiari commentario decimum hunc Plinii illuſtravit intactis cæteris: quem quidem illa cumprimis movit, ut eum interpretaretur, ratio, quia has epiſtolas maximè videbat eſſe juri civili cognatas. Cæterùm ſtilum in iisdem Catanæus agnoſcit ſolutiorem ac faciliorem, quòd reliquas ferè ad eruditiſſimos ſcriberet Plinius, has ad Trajanum Imperatorem, ſi Dioni credimus, non doctiſſimum. Cujus & reſponſoriæ poſt epiſt. 20. interjiciuntur ſigillatim. Quæ ratio fuit, ut epiſtolæ 20. ac ſequentibus novum titulum, epiſtolarum Plinii & Trajani amoebæarum, *præfigeret Henricus Stephanus: à quo exemplum hoc in alias quasdam editiones eſt propagatum. Neq; nobis conſilium diſplicuit. Itaque libri totius partes duas conſtituimus, quarum una* Plinii ad Trajanum ſolitarias, *poſterior* utriusq; mutuas *contineret epiſtolas. Etiam hoc monendum, ab epiſtolâ 3. usq; ad 89. alium earum ordinem eſſe in recentioribus editionibus, alium in illis numeris alioqui carente Catanæi, quem ſecutus hic, non abſq;*

fugium *z*) aut imbris aut ſolis. Videor ergò municè ſimul religioſeqve facturus, ſi ædem qvàm pulcherrimam *a*) extruxero, addidero porticus *b*): illam ad uſum Deæ, has, ad hominum. Velim ergò emas qvatuor marmoreas columnas, cujus tibi videbitur generis: emas marmora, qvibus ſolum, qvibus parietes excolantur. Erit etiam vel faciendum vel emendum ipſius deæ ſignum *c*): qvia antiqvum illud è ligno qvibusdam ſui partibus vetuſtate truncatum *d*) eſt. Qvantum ad porticûs, nihil interim occurrit qvod videatur iſtinc *e*) eſſe repetendum: niſi tamen *f*) ut formam ſecundum rationem loci ſcribas *g*). Neqve enim poſſunt circum-

tino, & antiquitus cuſis. Gru. z) *Tacitus:* Nec aliud infantibus ferarum imbriumq; ſuffugium, qvàm ut in aliqvo ramorum nexu contegantur. *Fabius:* Hæc diverticula & anfractûs ſuffugia ſunt infirmitatis. *Cat.*

a) ædi, qvam pulcherrimam ext. †. b) *Porticûs templis duplici cauſſâ addebantur: altera, ut auctoritas illis conciliaretur, altera, ut populus ibi ſuffugium ſolis aut imbris haberet. Victruvius lib. III. c. 2.* Pteromatos ratio & columnarum diſpoſitio ideò eſt inventa, ut aſpectus propter aſperitatem intercolumniorum haberet auctoritatem. Prætereà ſi & imbrium vis occupaverit & intercluſerit hominum multitudinem, ut habeat in æde circaqve cellam cum laxamento liberam moram. *Dixit* liberam moram, *quia peractis ſacris, & miſſo ſolenni voce populo, nemini in æde interiore commorari fas erat.* Bu. c) *Sichardina:* Erit etiam faciundum ipſius deæ ſignum.

d) *Ita Pal. & edd. veteres, etiam Aldi* [*& Sichardi.*] *At recentiores* [*H. Stephani*] obtruncatum eſt. *Gru.* e) ſtaim †. f) *legitur etiam,* tantùm. *Cat.* g) For-

arem *b*),Imperator optime *i*),& privatim
blicè opto.

2. CAJUS PLINIUS TRAJANO Imp. S.

Imperatori gratias agit, quòd ſe dignatus e
re trium liberorum.

EXprimere, Domine *k*), verbis non po
quantum mihi gaudium attuleris, qu
dignũ putaſti jure trium liberorum *l*). Q
enim Julii Serviani, optimi viri, tuique

Etè autem hæc optat. Nam alterum reverentiam, a
amorem conciliat: quæ duo cùm aſſecutus Princeps
tum & firmum imperium habet. Bu. i) *Vid*
alluſiſſe ad cognomentum Optimi Principis, *quo*
Romanus Trajanum honoravit. Ri.

EP. 2. k) *Etſi Auguſtus edicto probibuit ſe*
num ſalutari, ut eſt apud Svetonium, quia ſcilicet t
rannicum videbatur & invidioſum hoc vocabulum: t
poſteriores Imperatores hoc nomen non refugerunt.
tur diu ante Plinium mos invaluiſſe, ut Imperatores
dibus, item Procuratoribus & Legatis ſuis, eo honoris
lo appellarentur. Sic enim in Actis Apoſtolicis c. 25. Feſ
curator Judææ loquitur: περὶ οὗ ἀσφαλές τι γράψαι
οὐκ ἔχω. Τῷ κυρίῳ, *ſcilicet Principi Neroni. Hunc igi*
rem jam inveteratum Plinius migrare noluit. Nec Tr
appellationem Domini averſatus eſt, cùm ejus invidi
turna eaq; promiſcua conſuetudo mollivíſſet. Ri.
habebant jus trium liberorum in urbe Romanâ, vel i
quatuor, vel in provinciis quinque, erant excuſati à tu
curâ. Præterea capere poterant ex teſtamentis hæredi
legata, ut apparet ex ep. 95. hujus libri. Plura privilegi
omittam, quæ ex Duareno, & Lipſio ad Tacitum, p

ni *m*), precibus indulſeris *n*) : tamen etiam
:ſcripto *o*) intelligo, libentiùs hoc ei te præ-
ſe, qvia pro me rogabat. Videor ergo ſum-
ı voti mei conſeqvutus, cùm inter initia fe-
imi *p*) principatus tui probaveris, me ad
ıliarem *q*) indulgentiam tuam pertinere:
'e magis liberos concupiſco; qvos habere

 etiam

Ri. m) *Nam bis conſulatum geſſit ſub Trajano,*
leò charus fuit, autore Dione, ut eum dignum imperio
ıverit, & aliquando ſucceſſorem ſuum cogitaverit. Cat.
infrà deſiderio indulgere *ep. 34. & 35. dixit.* Deſide-
ım ſæpe pro rogationibus ſive precibus ponuntur. Pa-
. 79. Videmus, ut provinciarum deſideriis, ut ſingu-
ı etiam civitatum precibus occurrat. *Et ita non ſemel*
âc voce Svetonius eſt. Indulgere *eſt per gratiam dare,*
i, & τῷ imperare *opponitur. Martialis præf. lib. XII.*
:avi mihi, qvod indulgere *conſueveram. Vet. Gloſſ.*
ἐνδίδωμι, Largior, indulgeo. *Inde* Indulgentia *gratia*
atoria, & ipſi Imperatores indulgentiſſimi *dicti,*
odiè clementiſſimos *appellamus. Exempla hic ipſe li-*
!ura ſuppeditat. Bu. o) *Poſſumus intelligere vel*
iteras Trajani reſponſorias ad Jul. Servianum; vel di-
conceſſum Plinio de illo jure ſeu privilegio trium libe-
. Aliàs quid ſit reſcriptum Principis, notum eſt ex In-
ƀ. I. tit. 2. Ri. p) *Cæpit hæc ſeculi beatitudo*
'ervâ, ut præclarè apparet ex Tacito in proœmio vitæ
Agricolæ. Idem Tacitus felicitatem temporum ſub Tra-
rædicat initio Annalium. Addo & hoc: felicitatem il-
ſt Domitianum præſignificatam fuiſſe ei per ſomnium
eo gibbo, quem pone cervicem ſibi enatum ſomniabat,
atior poſt ſe lætiorq́; portenderetur Reip. ſtatus. Vide
ium de hoc ſomnio. Ri. q) *raram. Nam Plinio pe-*
vt idem jus Tranquillo Svetonio concederet, reſpondit
us [infrà ep. 96.] eum ſcire, quàm parcè hæc beneficia
. Et ad Priſcum de Voconio ſcribens Secundus [p. 114.]

etiam illo triſtiſſimo ſeculo *r*) volui, ſicut potes duobus matrimoniis meis credere *s*). Sed Dii melius *t*), qvia omnia integra bonitati *u*) tuæ reſervarunt. Malui hoc potiùs tempore *x*) me patrem fieri, qvo futurus eſſem & ſecurus & felix.

3. [Ri. 5.] CAJUS PLINIUS TRAJANO Imp. S.

Petit à Trajano, Voconium Romanum, condiſcipulum & contubernalem ſuum, virum eruditum & nobilem, promoveri in ordinem Senatorium.

Indul-

idem memorat. Cat. r) triſtiſſimum ſeculum *Domitiani Principatum vocat.* Bu s) *Optâſſe liberos ex u probat, quòd priore conjuge mortuâ alteram ſuperinduxerit: omiſſurus, niſi liberos ſibi quæſiviſſet. Lib. VIII. epiſt. 11. [p. 604.] Fabato proſocero ſuo ſcribit:* neq; ardentiùs pronepotes, qvàm ego liberos accepi. *Bu.* t) *ſcil. ordinarunt, vel diſpoſuerunt, vel gubernarunt. Eſt autem apud bonos autores crebra hæc locutio elliptica, ut videre eſt in exemplis à Briſſonio allegatis lib. I. de formulis Pop. Rom. p. 94.* Ri, u) *Sic mox in epiſt. ſeq.* Hoc votum meum bonitati tuæ reſervatum eſt. *Et infrà epiſt. 24.* apud bonitatem tuam *&c. Sic ep. 6.* ex conſvetudine bonitatis tuæ. *Ri.* x) *ſub tàm bono & felici Imperatore. Idem noſter Paneg. c. 26. extr.* Super omnia eſt tamen, qvòd talis es, ut ſub te liberos tollere libeat, expediat. *Vide & c. 27. & Senecam lib. I. de Clem. c. 13.* Tollere liberos *ſuſcipere eſt. Nam nati infantes deponebantur in terrâ quos ſi alere & educare cogitaret pater, levabat, ſive attollebat. Terentius Andriâ:* Qvicqvid peperiſſet, decreverunt tollere. *Bu.*

;entia tua, Imperator optime, qvam ple-
am experior, hortatur me, ut audeam
ım pro amicis obligari; inter qvos ſibi
cipuum locum vindicat Voconius Ro-
y), ab ineunte ætate condiſcipulus *z)* &
ernalis meus *a)*. Qvibus ex cauſis & à
patre tuo *c)* petieram, ut illum in am-
ım ordinem *d)* promoveret: ſed hoc
meum bonitati *e)* tuæ reſervatum

 eſt *f)*,

y) *Hunc & Priſco ſuo commendat II. ep. 13.* ;*tiam quadam extant epiſtolæ Plinii. Nominatur in* o lex Voconia *initio tit. Inſt. de l. Falcid. quam tu-* iusVoconius *Saxa Tribunus plebis. Is ex hâc eadem* ı*ndus fuiſſe videtur. Videatur Dio lib. 56.* Ri. ;*& alibi de aliis Plinius, optimos ſe amicos in virili* ı*iſſe, quos olim in pueritiâ condiſcipulos ac ſodales* Ri a) *Intellige in militiâ.* Ri. b) *No-* ı*c eſt, Imperatores Romanos, poſtquam rebus huma-* ı*ti fuerant, ſolitos conſecrari atque in Deorum nu-* ;*ferri per ἀποθέωσιν, quam vocabant,* [*nobis liceat* ſi*cationem, cum Johanne Saliſberienſi l. 3. de nugis* | *Ejus ritum prolixè deſcribit Herodianus init. lib. 4.* ı*inde ita appellabantur Divi, poſt mortem inquam,* n *dum in vivis erant.* Ri. c) *Nervâ.* Cat.

d) *Ampliſſimus ordo & hic & alibi noſtro Sena-* *de quo & ſuprà alibi monuimus* [*p. 571. k.*] *Ita &* *vocat Othone c. 8. & Veſpaſiano c. 2. Prudentio* Ex- r ordo *dicitur priore in Symmachũ v. 572. reſpectu* ;*& plebeji. Ad Venantium notavimus, jam olim, &* ›rdinem *de Senatu à Publicio Optatiano dici. Cujus* n*pla & in veteribus inſcriptionibus non pauca ob-* ı*s, ſed in præſenti omittenda.* Bu. e) *quia dictus* ı*tor optimus, quod mores reſpiciebat. Neq;* bonitas n *arbitrantur, verbũ eſt Theologorum, ſed eo uſi ſunt* , *Columella, Fabius, Terentius.* Cat. *Vid. & ad ep.*

tatem ſeſtertiis *dicat?* Liberalitas ſe
dicitur, quæ tantâ ſummâ conſtat. Ut
ticq Nepos, univerſos frumento do
ſex modii tritici darentur, *ita ſcripſi*
modiorum tritici liberalitate profec
res hoc qvadringenties, hujus qvadri
ceps ſub figurâ nominis, ut alia hujus g
ſeſtertiy & ſeſtertium *adjectivè, ut tec*
bant; de quo multis Joſephus Scaliger e
mariâ commentario docet. Seſtertium
ma dicitur, quæ quadringenties centum
nebat, qui 1000000. coronatos faciunt.
verbia amplificativa, quæ vocabant, ut
millies &c. *uſurpabant. Sed illa ſumm*
quàm liberalitati Equeſtris ordinis fu
planè perſvadeor, mendoſum eſſe hunc
apud auctores, ubi ſummæ hujusmodi e
cogitanti attentiùs ſuſpicari ſubit, illud
in libris Catanæus invenerat, verum ſin
qvadringenties *corruptum ac interpo*
dringentis, *itaq. reſtituendum hunc lo*

[redacted]

itimè *b*) peregerat. Qvod poſtea fecit, ita à nobis. Nam & fundos emancipa- vit *i*)

tur. Dicitur enim ſeſtertium *Latinis ſumma, quia* *unis ſeſtertiis æſtimabatur. Itaq;* qvadringenta ſe- *tidem millia nummûm, ſive 10000. coronatos eſſe* *nulli ratione Eumenius Rhetor panegyrico de reſtau-* *bolarum Manianarum præpoſitione in uſu ſcribit:* ...me liberaliſſimi Principes ex hujus Reip. viri- ...centis millibus nummûm accipere juſſerunt, in ſexcentis millibus: *pro*, ſexcentorum mil- ...*; ut hic liberalitas* in ſeſtertiis qvadringen- ...vadringentorum. *Poſſit offendere aliquem, quod* ...*: qvod conferre ſe filio &c. cùm id ad illa* *ſeſtertia minimè reſpondere videatur. Sed ſunt in* *...locutionis exempla probatiſſimorum auctorum,* *...ſtatio iſta facilè tolli queat. Poſſis etiam* liberali- ...tertii *quatuordecies legere: quo admiſſo omnia* *...nt & expedita. Eâ autem de cauſſ factum eſt, ut* *latum clavum, ſeu Senatorium ordinem à Nervâ* *...m peractam legitimè liberalitatem matris impe-* *...d potuerit, quòd Senatorium cenſum eâ ratione* *haberet: qui antè octingentis millibus, pòſt ab Augu-* *...cies ſeſtertio taxatus eſt, Svetonio auctore; à quo* *... in ejuſdem rei narratione in annumerandâ utrâq;* *aliquid diſcrepas. Quos licet conciliare primùm in* *ipſius, poſt & Torrentius ad Svetonium conatus,* *Scepticorum more Caſaubonus maluit ἐπέχειν.* Bu- *... lumen Conradus Rittershuſius:* ſeſtertium qva- ...ies *malim in plurali, quàm in ſingulari numero.* *...tur ergò* qvod? *Si nimis grandis videtur ſumma, le-* *...ctiſſimo Buchnero [ſic enim voluit]* qvaterdecies. *...ib. II. de ſeſtert. c. 3. p. 151. 152. Apud Plinium* ...atem ſeſtertii qvadringenties *pro*, qvadragies ...udæ. *lib. III. de Aſſe p. 344.* h) *Legitimè, eſt* *præſcripto ac diſciplinâ, ita ut ſatis valida eſſet illa*

liberalitas. Bu. i) *Dominio &*
& filio agros liberè dedit, ut eſſent i
hoc eſt, vendidit prædia quædam ſua,e
redactis pretiis liberalitatem ergà filium
promiſerat ipſi ad obtinendam à Princ
tatem. Notum eſt autem ex Inſtitu
emancipationem apud Romanos non ſo
bus liberorum, qui erant in poteſtate p
re : ſed etiam in aliis actibus legitimis ,
nium transferendum comparatis. v.g. i
dis, in rebus vendendis donandisve, & c
hil amplius dubito, & velut confecto p
gno & claudo. Bu. *Pertinet hoc Buchi*
paſſim vulgatur : ſubſigno. Auget fide
bitavimus præferre alteram, quam nec
ſubſigno apud te fidem. *Rittershuſius*
& Argentinenſi repetit. Ego verò in bi
ſubſigno. adit te fidem. *Quod propius*
ſcripturâ, ſed ſenſu deſtituitur. Veram
illud III. ep. 1. p. 152. idq; jam nunc apu

optionem à vitrico *m*) meruit. Auget
talium & paternarum facultatum
n). Qvibus ſingulis multum commen-
cceſſurum etiam ex meis precibus, in-
tuæ credo. Rogo ergo, Domine, ut me
imæ mihi gratulationis *o*) compotem
oneſtis [ut ſpero] affectibus meis præ-
on in me tantùm, verùm & in amico
diciis tuis poſſim.

CAJUS PLINIUS TRAJANO
Imp. S.

*â & diligentiâ, qvâ uſus eſt Harpocras
ga ſe ægrum, rogat Trajanum ei dari ci-
omanam: item nomine Maximillæ patro-
Heliæ & Antoniæ Harmeridi jus Qviri-
nf. infrà ep. 22.*]

io anno, Domine, graviſſimâ valetudi-
ve ad periculum vitæ vexatus, Jatra-
lipten *p*)

ierit, ut alibi docetur. Ri. m) *de quo ſu-
init.* clarior vitricus, imo pater alius. *&c.*
*ii inhæret ille ſcrupulus, quomodo fieri potuerit,
ad ſupplendum cenſum Senatorium liberalitate
igeret, ſiquidem tantus ipſi fuit paternarum fa-
ndor. Alius mihi hunc nodum explicet. Putabat
nis Tobias Adami, intelligere Plinium divitias,
Voconii ſplendidus fuerit, tametſi ad filium ha
ienerint.* Ri. o) *lætitiæ.* Cat. *voti ac de-
piebat Voconium quamprimùm Senatorem vi-
iſto honore gratulari. Conſequens poſuit pro an-
anter.* Bu. *quâ ſcil. utar apud Voconium, be-
vum Senatorem factum.* Ri.

iunt, in magnis urbibus reperiri noſtro etiam tempore
experientia eſt. Sic Venetiis domus Germanica eſt ; ſic
i aliæ. Nec eſt, quod putemus, heri aut nudiuſtertius, quod

Ego per eadem loca inveni
percuſſam: ſed incertum
dum humorem circumjacen
ad committendum flumini
imperfecta. Hoc qvoqve dub
ge mortalitate, an deſperato
hoc ipſo [feres enim me an

---

p) *Poſt hæc verba videtur quippi*
corrigi poteſt, & minori impendi
materia devehatur. *Ri.* q)
multas. r) *magnum numer*
præcedentis libri de agricultura: a
acres oculos, numeroſas manus p
pro re. *Gro.* t Librator, *cu*
tio, eſt, qvi aqvam dioptris, aut libr
librat, ut vim currendi habere poſſit
VIII. c. 6. Inde ars librandi *apud I*

tuâ *r*),qvâ Publica ſalus cõtinetur,& ſuſcipim9, Domine, pariter & ſolvimus *s*), precati Deos ut velint ea ſemper ſolvi, ſemperqve ſignari *t*).

45.[1] [Ri. 37.] TRAJANUS PLINIO S.

Reſpondet Trajanus, ſe lætari ob ſuſcepta & ſoluta vota pro ſuâ incolumitate.

ET ſolviſſe vos cum provincialibus, Diis immortalibus vota pro meâ ſalute & incolumitate, & nun-

plum fieri jusſit, in qvo eſſent ſtatuæ principum bonorum, ita ut iisdem Natalibus ſuis, Parilibus, Kalendis Januariis, & Votis libamina ponerentur. *Plura de votis hiſce Lipſius ad XVI. Taciti Annalem.* Bu. r) *Fit porrò mentio nuncupationis & perſolutionis votorum pro eodem Trajano epiſtolâ etiam 101. ſicut celebrationis diei, quo ſuſceperat Trajanus imperium mentionem faciunt duæ epiſtolæ 60. & 103.* St. s) Suſcipere, ſolvere, ſignare *propria in re votorum verba ſunt.* Suſcipiebantur *vota, cùm nuncuparentur relata in tabulas. Cùm ſic conſcripta eſſent* ſignabantur *& affigebantur Deorum ſtatuis. Facti eorum compotes, quæ eſſent precati, eas tabellas refigebant* ſolvebantqve, *reddebantq́; Diis, quæ ſe daturos promiſerant. Vide elegantiſſimos Jani Rutgerſii Variar. Lect. Commentarios lib. V. c. 5. quo tota votorum hiſtoria redditur.* Bu. t) *Quid ſit vota ſignari, exponitur à Turnebo [I. Adverſ. 17. f. 18.] Ait enim, hîc eos votum ſuum nuncupatum & in chartâ conceptum conſcriptumq́;, deorum genibus cerâ obſignatum ſolitos affigere, atque ideò dixiſſe Juvenalem,* Propter qvæ fas eſt genua incerare deorum. *Quin & ex Philoſtrato hæc affert eodem pertinentia: οἱ ἐπισφραγιζόμενοι τὰς εὐχάς.* St. *Eodem alluſit Tertullianus lib. de oratione.* Qvòd obſignatâ oratione adſidendi mos eſt qvibusdam &c. Item Apulejus

REqvirenti mihi Byzantiorum *a)* Reipubli-cæ impendia, qvæ maxima fecit, indicatum eſt, Domine, legatum ad te ſalutandum anni omnibus cum pſephiſmate *b)* mitti, eiqve dar nummorum duodena millia. Memor ergo pro-poſiti tui, legatum qvidem retinendum, pſe-phiſma autem mittendum putavi, ut ſimul & ſumptus levaretur, & impleretur publicum offi-ciū. Eidem civitati imputata ſunt terna milli qvæ viatici nomine annua dabantur lega eunti ad eum, qvi Mœſiæ præeſt *c)*, publicè ſalu-tandum. Hæc ego in poſterum circumcidenda exiſtimavi. Te, Domine, rogo ut qvid ſentias re-ſcribendo, aut conſilium meum confirmare, aut errorem emendare digneris.

53. [Ri

tus effluat. Certè quantum aquarum & unde accipias, pote-ris à Calphurnio Macro petere. Libratorem & ego &c.

EP. 52. a) Byzantium *oppidum Thraciæ juxtà Hel-leſpontum, arctiſſimum inter Europam Aſiamq; divortium. Hammonius à Byzante Thraciæ Rege appellatum ſcribit; Dio-dorus & Stephanus à Rege Byzantio, filio Craſſæ & Nep-ni. Poſteà nominata* Conſtantinopolis, *à Conſtantino Co-ſtantii filio in majus aucta, & imperii ſedes facta: ubi multis* nova Roma *vocata, clara ſanè bellis navalibus, & ſe-cundùm Oroſium totius Orientis caput.* Cat. b) Pſe-phiſma *in Provinciis, quod Romæ* Plebiſcitum *dicebatur appellatum, ex Ciceronis Oratione pro Flacco colligi pote ubi non ſemel eâ voce uſus eſt. Vetus Gloſſarium tamen* Ple-biſcitum *non ſimpliciter* ψήφισμα, *ſed* Δήμου ψήφισμα *in-terpretatur. Aliæ Gloſſæ:* ψήφισμα, Conſultum, Decretum Scitum, Conſultatio, Rogatio. *Quæ ſuadere poſſint, ha vocem & de Decurionum decretis uſurpatam.* Bu. c) præ

tùm ad plana civitatis & humilia perveniat. Manent adhuc pauciſſimi arcûs: poſſunt & erigi qvidam lapide qvadrato, qvi ex ſuperiore opere detractus eſt: aliqva pars, ut mihi videtur, teſtaceo opere agenda erit. Id enim & facilius & vilius. Et inprimis neceſſarium eſt, mitti à te vel aqvilegem *z*) vel architectum, ne rurſus eveniat qvod accidit. Ego illud unum affirmo, & utilitatem operis & pulchritudinem ſeculo tuo eſſe digniſſimam.

47. [Ri. 39.] TRAJANUS PLINIO S.

Hortatur ad opus aqvæductûs, & inqviſitionem Pecuniarum expenſarum.

Curandum eſt, ut aqva in Nicomedenſem civitatem perducatur. Verè credo te eâ, qvâ debebis, diligentiâ hoc opus aggreſſurum. Sed medius fidius, ad eandem diligentiam tuam pertinet, inqvirere, qvorum vitio ad hoc opus tantam pecuniam Nicomedenſes perdiderint, ne, cùm a) *inter ſe grati-*

râ, ſi terrenum & arenoſum. Supra terram *vel* ſubſtructione, *vel arcuatione, ſive* arcuato opere. Subſtructiones *fiebant pilis*; arcuationes *arcubus, unde nomen, erectis, quibus imponebantur rivi. Lege Julium Frontinum præfatione, & toto lib. I. de aquæ ductibus: item Victruvium lib. VIII. c. 7. & Palladium lib. IX. de re ruſt. tit. 11.* Bu. z) *Hunc* libratorem *Plinius vocat alibi, ut infrà ep. 50. Tarantinus Paternus in l. ult. D. de jure immunitatis* aqvilicem *dicit. De librandis aqvis videndus eſt Vitruvius lib. VIII. & Frontinus de aquæductibus.* Ri.

EP. 47. *a*) Ratio ſermonis latini reqvirit, dum

gratificantur b), *& inchoaverint aqvæ ductus, & reliqverint. Qvid itaq; compereris, perfer in notitiam meam.*

48. [Ri. 40.] CAJUS PLINIUS TRAJANO Imp. S.

Conſulit, qvid faciendum de theatro imperfecto, & gymnaſio incendio conſumpto Niceæ, ac balineo qvod Claudiopolitani juxta montem defodiebant: petitq; ad ea architectum ab urbe.

THeatrum, Domine, Niceæ maximâ jam parte conſtructum, imperfectum tamen, ſeſtertiûm, ut audio [neqve enim ratio plus c) excuſſa eſt] amplius centies hauſit: vereor ne fruſtrà. Ingentibus enim rimis deſcendit d) & hiat: ſive in causâ ſolum humidum & molle, ſive lapis ipſe gracilis & putris. Dignum eſt certè deliberatione, ſitne faciendum, aut ſit e) relinqvendum, an etiam deſtruendum. Nam fulturæ ac ſubſtructiones, qvibus ſubinde ſuſcipitur, non tam firmæ mihi qvàm ſumptuoſæ videntur. Huic theatro ex privatorum pollicitationibus multa debentur, ut baſilicæ circa, ut porticus ſuprà caveam: qvæ nunc omnia differuntur ceſſante eo, qvod antè peragendum eſt. Iidem Nicen-

Gro. b) hoc eſt, colludunt inter ſe. *Ri.*

EP. 48. c) *divinabam* plenè [*vel* pleniùs] excuſſa. *Ri.* d) Fortè *meliùs*, diſcedit. *Gru. Idem & Chriſtoph. Colerum ſenſiſſe, diſcimus ex Rittershuſio.* e) *ma-*

nſes gymnaſium, incendio amiſſum, ante
ntum meum reſtituere cœperunt longè
eroſiùs *f*) laxiùsqve qvàm fuerat. Etiam
antum erogaverunt: periculum eſt, ne pa-
utiliter. Incompoſitum enim & ſparſum eſt.
erea architectus, ſanè æmulus ejus, à qvo
inchoatum eſt, affirmat, parietes [qvan-
n viginti & duos pedes latos] impoſita one-
ſtinere non poſſe, qvia ſint cemento medii
g), nec teſtaceo opere *h*) præcincti. Clau-
olitani qvoqve in depreſſo loco, imminen-
iam monte, ingens balineum defodiunt
isqvàm ædificant: & qvidem ex eâ pecuniâ,
qvam

n ſit relinq. *Ri. vel etiam*, an ſic. f) *ſpacio- plurium membrorum.* Cat. Numeroſius, *id eſt, ctius atq; præſtantius. Nam quod pleroſq; laudis nume- plet,* numeroſum *haud rarò appellatur. Ita* numero- nortum *Columella dixit, quod & ſtupendæ eruditionis Nobiliſſimus Barthius, Adverſariorum libris notavit. Ali- ter* numeroſiſſima ſubſellia, *pro laxiſſimis, &* nume- ſimam cauſſam *pro multiplici variaq;, hoc eſt, quæ capita ac quæſtiones habeat, dixit.* Bu. *Non ſatisfa- terpretatio Buchneri.* Ædificium numeroſum *eſt, quod ma habet membra & manſiones. Sic* numeroſa cauſa *I. ep. 9. in quâ multi rei;* numeroſa domus *lib. IV. in quâ multi hæredes. Et in lapide antiquo: IN EXI-) RES NUMEROSA, hoc eſt, perſona multarum m. ad multa utilis.* Gro. g) *Catanæus agnoſcit lectionem:* qvia ſine cemento medii farti: *propen- tamen videtur in alteram ſuam*, qvia ſine cemento me- arti. *Gru.* h) *Teſtacei operis & paullò antè me- epiſt. 46.* Teſta *dicitur, quod cretâ effictum de igne du- m eſt: inde* teſtaceum opus *figlinum ſeu coctum.*

qvam bulevtæ *i*) additi *k*) beneficio tuo aut jam obtulerunt ob introitum *l*), aut nobis exigentibus conferent. Ergò qvùm timeam ne illic publica pecunia, hîc, qvod eſt omni pecuniâ pretioſius, munus tuum malè collocetur; cogor petere à te, non ſolùm ob theatrum, verùm etiã ob hæc balinea, mittas architectum diſpecturum, utrum ſit utilius poſt ſumptum qvi factus eſt, qvoqvo modo conſummare opera ut inchoata ſunt; an qvæ videntur emendanda, corrigere, qvæ transferenda, transferre: ne, dum ſervare volumus, qvod impenſum eſt, male impendamus, qvod addendum eſt.

49. [Ri.

---

eſt. Bu. i) Buleutæ *Decuriones ſive Curiales, hoc eſt, Senatores in Provinciis ſunt, de quibus ſuprà [ad ep. 24. f.] quædam notabamus Spartianus. Severo*: Deinde Alexandrinis jus Buleutarum dedit, qvi ſine publico conſilio, ita ut ſub regibus antè, vivebant uno judice contenti, qvem Cæſar dediſſet. *Horum conventus* Bule *dicebatur. Infrà noſter epiſt. 75. & 111. ubi* Bule & Eccleſia *diſtingvuntur. Nam illa Senatûs, hæc Populi concio eſt. Vet. Gloſſ.* βουλὴ ἐπὶ κοινοῦ σκέμματος, Concilium βουλὴ ἐπὶ [illegible] σήματος Curia, Ordo. *Ubi nota,* Ordinem *de Senatu abſolutè dici, quod ſuprà etiam [ad epiſt. 3.] obſervabamus. Ibidem*: Βουλευτήριον, Curia, Ordo. k) *Ita Caſaubonus legit, pro,* addunt, *ex hiſtoriâ & re ipsâ: vide epiſtolam 113. Quam ejus emendationem Rittershuſius palmariam, Buchnerus veriſſimam vocat.* l) *in Bulen ſive Senatum, ſeu Curiam. Solebant enim inter Decuriones lecti à Cenſoribus pecuniam conferre, quâ redimerent introitum ſuum in Curiam, ſive auſpicia ordinis & dignitatis adeptæ. A quâ collectione etſi Bithynos &* Ponticos *excepiſſet Lex: tamen qui ſuprà legitimum numerum allecti* in ordinem [quod civitatibus *non-*

49. [Ri. 41.] TRAJANUS PLINIO S.

Remittit judicio Plinii theatri ædificationem. Nicenſes verò vult eſſe contentos ſufficienti gymnaſio, monetqve ut in illis provinciis qværat architectum.

QVid oporteat fieri circa theatrum, qvod inchoatum apud Nicenſes eſt, in re præſenti optimè deliberabis & conſtitues. Mihi ſufficiet indicari, cui ſententiæ acceſſeris. Tunc autem à privatis exigi opera tibi curæ ſit, qvùm theatrum [propter qvod illa promiſſa ſunt] factum erit. Gymnaſiis indulgent Græculi m) *: ideo forſitan Nicenſes majore animo* n) *conſtructionem ejus aggreſſi ſunt. Sed oportet illos eo contentos eſſe, qvod poſſit illis ſufficere. Qvid Claudiopolitanis circa balineum, qvod parum [ut ſcribis] idoneo loco inchoaverunt, ſvadendum ſit, tu conſtitues. Architecti tibi deeſſe non poſſunt. Nulla provincia eſt, qvæ non peritos,*

nullis conceſſerat Trajanus] eos inferre oportebat pecuniam. Vide infrà epiſt. 113. Hos ſupernumerarios Buleutas igitur beneficio additos *dixit Plinius. Nam indulgentiam Trajani: quâ permiſerat ſuprà numerum quosdam in Senatum legi,* beneficium *appellat.* Bu.

EP. 49. *m)* Plutarchus in Qvæſtionibus: *Nec aliud,* inqvit, *Græcis ſervitutem ac mollitiem attuliſſe putant Romani, quàm gymnaſia ac palæſtras: quibus relangueſcant adoleſcentium animi & penitus effæminentur.* Cat.

n) h. e. calidiùs, vel cupidiùs. Sic *animosè liceri* dicitur à Paulo in l. 29. ſi pignori D. fam. erciſc. & animoſior emptor à Javoleno in l. 36. ita ut §. 1. D. mand. cùm qvis emendi cupiditate majus offert precium, qvàm res

mus *u*), & commilitonibus jusjurandum *x*) more ſolenni præſtantibus, & provincialibus, qvi eadem certarunt pietate, jurantibus *y*).

61. [Ri. 54.] TRAJANUS PLINIO S.

Reſcribit Trajanus, ſibi gratum eſſe, qvod à Plinio celebratus ſit dies, qvo ſuſceperat imperium.

QVantâ religione ac lætitiâ commilitones cum provincialibus, te præeunte, diem imperii mei celebraverint, libenter, mi Secunde chariſſime, cognovi ex literis tuis z).

62. [Ri. 55.] CAJUS PLINIUS TRAJANO Imp. S.

Conſulit an pecunias publicas decurionibus tradat leviore uſurâ, qvùm qvi duodenis aſſibus velit accipere non inveniatur.

Pecu-

u) Præivimus †. *Legitur etiam*, præbuimus. *Cat.*

x) *Præivimus jurisjurandi concepta verba, in quæ hæc repetendo & populus ipſe juraret. Obſervandum autem, non celebratos tantùm dies illos, quibus ſuſcepiſſent imperium Principes, ſolenni lætitiâ, quod & ex 103. hujus libri epiſtola conſtat; ſed tùm juratum quoque à Præſidibus militibusq; ac provincialibus in acta nomenq; Principis fuiſſe: quò repetitâ ſacramenti religione fides eorum certiùs conſtantiusq; obſtringeretur.* Bu. y) *Legitur etiam*: more ſolenni: eidem provincialibus pietate certatim jurantibus. *Cat.*

EP. 61. z) *Similis hæc epiſtola ſuperiori 45.*

PEcuniæ publicæ, Domine, prudentiâ tuâ & miniſterio noſtro & jam *a*) exactæ ſunt & exiguntur: qvæ vereor ne otioſæ *b*) jaceant. Nam & prædiorum comparandorum aut nulla, aut rariſſima occaſio eſt: nec inveniuntur, qvi velint debere, Reipublicæ præſertim, duodenis aſſibus *c*), qvanti à privatis mutuantur. Diſpice ergò, Domine, numqvid minuendam uſuram, ac per hoc idoneos debitores invitandos, putes: &, ſi ne ſic qvidem reperiuntur, diſtribuendam inter decuriones *d*) pecuniam, ita ut rectè Rei-

EP. 62. a) *ita rectè diviſim ſcribere juſſit Rittersh.* pro etiam. b) Otioſæ pecuniæ, *quæ conditæ jacent, nec fructum afferunt poſſeſſori. Quinctilianus Declam.* 345. Pecuniam dedi & ex otiosâ jacente patrimonii parte aliqvid numeravi. *Eadem &* vacua *dicitur L. Q. Cæcilius* 28. *D. depoſiti. Huic opponitur* occupata *pecunia, quæ lucratur domino, vel quia in fænore poſita, vel quia impenſa in Coëmendas res, unde reditus ac commodum eſt. Columella lib. XI. c. 1.* Pecuniam domini neqve in pecore, neqve in aliis rebus promercalibus occupet. *Auſonius ad Symmachum:* Improbum nummum malui occupare, qvàm condere. *Cæterùm pecunias ex provinciis redactas aut prædiorum emptionibus, aut in fænore poſita occupari ſolitas etiam L. Gajus 9. & L. ſi bene 33. D. de uſuris, item L. Reſcripto 6. §. Debitori 1. D. de muneribus & honoribus docemur.* Bu.

c) *ut ex centenis aſſibus duodeni quotannis pro uſurâ inferrentur.* Bu. *Scribendum eſſe, ut pulcrè vidit Salmaſius,* uſuris aſſibus, [*id eſt, uſuris nummis ſolidis menſtruis in centenos, quibus numeratio facta eſt,*] *docuimus in poſteriore Antexegeſi de centeſimis uſuris & fænore unciario.* Gro.

d) *Municipales Senatores, debitores idoneos, quibus erat*

publicæ caveant e): qvod qvanqvam invitis & recuſantibus, minus acerbum erit, leviore uſura conſtitutâ.

63. [Ri. 56.] TRAJANUS PLINIO S.

Trajanus laudat conſilium minuendarum uſurarum: improbat cogendum eſſe aliqvem ad ſumendam pecuniam.

ET ipſe non aliud remedium diſpicio, mi Secunde chariſſime, qvàm ut qvantitas uſurarum minuatur, qvò f) *faciliùs pecuniæ publicæ collocentur. Modum ejus ex copiâ* g) *eorum, qvi mutuabuntur, tu conſtitues. Invitos ad accipiendum compellere, qvod fortasſis ipſis otioſum* h) *futurum ſit, non eſt ex juſtitiâ noſtrorum temporum.*

64. [Ri.

cenſus centum millium. Cat. e) *obligando ſua, vel etiam fidejubendo.* Cat.

EP. 63. f) *qvi†.* g) Non certum modum præſcribit, ad qvem univerſim redigendæ eſſent uſuræ, ſed id relinqvit Plinii prudentiæ ac moderationi: qvem vult in temperandis uſuris ad *copiam*, hoc eſt, ad facultates cujusqve reſpicere, & pro earum menſurâ aliis leviores, aliis graviores uſuras imponere. *Bu.* *Copia* hic non ſignificat facultates aut bona, ut vult Buchnerus, ſed numerum & freqventiam infreqventiamqve eorum, qvi in creditum ire volunt. Prout copia eſt aut non eſt, prout multi aut pauciores inveniuntur, qvi accipere argentum fœnori volunt, uſurarum modum ſtatui jubet. *Gra.*

h) de pecuniis intelligit: ad qvas accipiendas compelli neminem vult, qvod verendum ſit, ne otioſæ, qvas acceperint, jaceant, ſi occupare utiliter haud poſſint. *Bu.*

i.57.] CAJUS PLINIUS TRAJANO
Imp. S.

ſulit Imperatorem, ut ſe regat ſuper exulibus is ad tempus, deinde reſtitutis à proconſuli- d præſertim ejus qvi relegatus in perpetuum Baſſo, in provinciam redierat, qvia Baſſi fa- unt reſciſſa.

imas, Domine, gratias ago, qvòd inter ximas occupationes, iis, de qvibus te ui, me qvoqve regere dignatus es: qvod qvoqve facias, rogo. Adiit enim me qvi- idicavitq; adverſarios ſuos à Servilio Cal- riſſimo viro, in triennium relegatos, in iciâ morari: illi contrà, ab eodem ſe reſti- ffirmaverunt, edictumqve recitaverunt. ausâ neceſſarium credidi, rem integram eferre. Nam, ſicut mandatis tuis cautum reſtituam ab alio aut à me relegatos: ita qvos alius relegaverit aut reſtituerit, nihil ehenſum eſt. Ideò tu, Domine, conſu- ; fuiſti, qvid obſervare me velles, tàm her- : iis, qvàm de illis, qvi in perpetuum rele- ec reſtituti, in provinciâ deprehendun- am hæc qvoqve ſpecies incidit in cogni- a meam. Eſt enim adductus ad me in per- m relegatus à Julio Baſſo *i)* proconſule: via ſciebam acta Baſſi reſciſſa, datumqve à i jus omnibus, de qvibus ille aliqvid con- ſtituiſſet,

64. *i) hunc & ſuprà memoravit p.242. g.*

jeci n).

65. [Ri.58.] TRAJANU

Reſpondet Trajanus, ſe pri
Calvum, deinde reſcripturu
à Baſſo verò exactum, mitte
præfectos prætorio.

QVid in perſonam o) *eorun*
à Publico Servilio Calvo
nium relegati, & mox ejusdem

---

k) Docere *eſt, qvod vulgò barbare*
litigaturi Patronos ſeu Advocatos do
rum negotium ſeu cauſſam, qvam ſu
eò pertinet, iis exponunt ac explican
ep.9. Modò legatos interrogaban
qvid, qvod reprobari poſſe confide
terrogati à Nepote Prætore, qvem

ciâ remanſerunt, proximè tibi reſcribam, auſas hujus facti à Calvo reqviſiero. Qui à 'aſſo in perpetuum relegatus eſt, cùm per m agendi facultatem habuerit, ſi exiſti- ſe injuriâ relegatum, neqve id fecerit, atq; inciâ morari perſeveraverit, vinctus mitti fectos prætorii mei debet. Neq; enim ſuffi- m pœna ſua reſtitui, qvam contumaciâ).

.59.] CAJUS PLINIUS TRAJANO Imp. S.

bippum judicem judicandi vacationem, tan- ›hiloſophum, petentem ſcribit Secundus ac- n à qvibusdam, qvòd fractis vinculis pœnam effugiſſet: ipſum autem in defenſionem ſui roferre, ſed qvædam ad honorem tantùm ntia.

ım citarem judices, Domine, conven- n *q*) inchoaturus, Flavius Archip- pus *r*)

eos, reſpectu conditionis & ſtatûs, non vitæ ac ſtatuendum ſit. Nepos præfatione: *Non ſatis di- mmorum virorum perſonis.* Epaminondâ: *Scimus noſtris moribus abeſſe à Principis perſonâ.* Sic *ſplen- ſona* apud Celſum; *poteſtatis perſona* apud Taci- ;ric. c. 9. *Bu.* *p*) paſſus ſcilicet elabi bien- ıtrà qvod ſpacium à SC. ſibi indultum poterat ac t ſua jura proponere, ſi ſe injuſtè à Baſſo relega- tabat. *Ri.*

ſ. q) *Provincia Romani Imperii in certas diœ- Præfecturas* [circulos *appellamus hodiè*] *deſcri-*

pus *r*)vacationẽ petere cœpit,ut philoſophꝰ *s*). Fuerunt,qvi dicerent, non modò liberandum eum judicandi neceſſitate, ſed omninò tollendum de judicum numero, reddendumqve pœnæ,qvam fractis vinculis *t*) evaſiſſet. Recitata eſt ſententia Velii Pauli proconſulis, qvâ probabatur Archippus crimine falſi damnatus in metallum. Ille nihil proferebat,qvo reſtitutum ſe doceret *u*). Allegabat tamen pro reſtitutione & libellum à ſe Domitiano datum, & epiſtolas ejus ad honorem ſuum pertinentes, & decretum

ptæ erant, ibiq; conſtituta fora civitatibus certis, ſive judicia, quæ ibi vocatis judicibus, excitoq; edictis populo, certis temporibus Præſes obiret ac celebraret. Hæc conventus igitur Conventûs *vocabant ex re, quorum multa apud Ciceronem, Cæſarem, & in veteribus inſcriptionibus mentio: ſed quia juri dicundo inſtituta erant, idcircò quandoque* Conventûs Juridici *appellata fuerunt. Plinius lib. III. c. 1. de Hiſpaniâ:* Juridici Conventûs ei qvatuor, Gaditanus, Cordubenſis, Aſtigitanus,Hiſpalenſis. *Svetonius Cæſare c. 7.* Juri dicundo Conventûs *vocat.* Bu. r) *Alium Archippum Athenienſem, antiquæ Comœdiæ ſcriptorem nominat Suidas.* Cat. s) *quia Philoſophus. Sanè jam olim Philoſophos civilium munerum vacationem habuiſſe arguit L. Munerum civilium 18. §. Magiſtris ult. D. de muneribus & honoribus. Nam refert ibi Arcadius, Grammaticis, Oratoribus, Medicis, Philoſophis immunitatem indultam fuiſſe à Principibus, & D. Veſpaſianum, & D. Hadrianum reſcripſiſſe.* Bu.

t) *de his, qui perfractis vinculis fugam arripiunt, vid. Jul. Clarum lib. 5. ſent. §. fin. Quæſt. 21.* Ri. u) *Sanè reſtitutionem hanc non probabunt illa, quæ poſt hanc epiſtolam legimus, Archippi quatuor documenta, ſi vel maximè conjungas univerſa. Naſcitur enim ex illis tale argumentum,*

e *i*). Exegi ut qvæ dicebant, qvæqve recitabant, libello complecterentur, qvem tibi, qvalem acceperam, miſi: qvamvis intelligerem, pleraqve ex illo ad id, de qvo qværitur, non pertinere. Te rogo, ut mihi præcipere *k*) digneris, qvid me putes obſervare debere. Vereor enim, ne aut exceſſiſſe, aut non impleſſe officii mei partes videar.

57. [Ri. 49.] TRAJANUS PLINIO S.

Præcipit, ſalvo privilegio rationes Apamæorum ut inſpiciantur.

L*ibellus* l) *Apamæorum, qvem epiſtolæ tuæ junxeras, remiſit* m) *mihi neceſſitatem perpendendi, qvalia eſſent propter qvæ videri volunt eos, qvi pro conſulibus hanc provinciam obtinuerunt, abſtinuiſſe inſpectione rationum ſuarum, cùm ipſum te, ut eas inſpiceres, non recuſaverint. Remuneranda eſt igitur probitas eorum, ut jam nunc ſciant, hoc qvod inſpecturus es, ex meâ voluntate, ſalvis qvæ habent privilegiis, eſſe facturum.*

i) *pro, adminiſtrandi. Sic & Amiſenos ait infrà ep. 93.* ſuis uti legibus. *Utrobique ſignificat* αὐτονομίαν: *cui opponitur ep. 94.* obſtrictum eſſe jure Romano. *Ri.* k) præire †.

EP. 57. *l*) Rectè hîc notat Catanæus Opilii Macrini, vel Julii Capitolini ipſius ἀνιστορησίαν, prodere audentis, *Trajanum nunquam libellis reſpondiſſe, ne ad alias cauſas facta præferrentur,* [malim, *proferrentur,*] *quæ ad gratiam compoſita viderentur.* Verba ſunt Julii Capitolini in vitâ Opilii Macrini p. 145. edit. Caſaub. *Ri.* *m*) exemit. Sic in Panegyrico: *injuriarum metum, & accuſandi neceſſitatem remiſit.* Cat.

Documentum I.

Epiſtola Domitiani ad Terentium Maximum.

FLavius Archippus philoſophus impetr
à me, ut agrum ei DC. *a*) circa Pruſiad
patriam ſuam, emi juberem, cujus reditu ſ
alere poſſet. Qvod ei præſtari volo. Summ
expenſam liberalitati meæ feres *b*).

Do

eſt Rittershuſius. Nos interim peculiares numeros iis ad
pſimus. Singulorum argumenta brevia repetere licebit è l
ut adeò argumentis Catanæi opus non fuerit.

DOC. I. a) *Mirari liceat hanc Domitii liberal*
tem in Philoſophum, cui donat DC. *hoc eſt, ut interpre*
ſeſtertiûm ſexcenties: cùm tamen conſtet, bis eum Phil
phos Româ expuliſſe, ut oporteat eum animo fuiſſe ipſi
fenſiſſimo. Nota res eſt vel ex Satyrâ Sulpitiæ de tempori
Domitiani. S. Hieron. lib. II. Chron. Euſeb. Domitianus M
thematicos & Philoſophos Romanâ urbe expulit. *Et p*
pauca: Domitianus rurſum Philoſophos & Mathemat
cos Romà per edictum extrudit. *Ri.* *Non videtur tant*
fuiſſe. Eſſet enim ſumma ſexcenties centena millia ſeſtertiû
Ingens donum pro Philoſopho. Igitur veriſimiliùs erunt ſe
centi tantùm ſeſtertii, quæ pecunia nobis florenis forte 27
æſtimatur. Tob. Adami ap. eund. Rittersh. b) *ra*
tionibus tuis mihi adſcribes. Ri. *Huic ſummæ in ratio*
bus expenſorum titulum ſive cauſſam facies, liberalitate
meam: liberalitati meæ inſcribes ſive imputabis hanc ſu
mam. Nam imputare *eſt inferre rationibus ſummam cu*
indicatione cauſſæ, qua fuit impenſa. Græcis ἐπεγεῖν: *de qu*
Caſaubonus ad Svetonii Cæſarem, quem operæ pretium er
videre. Svetonius Veſpaſiano c. 22. Cùm productæ pro con-
cubitu ſeſtertia qvadringenta donaſſet, admonente di-
penſatore, qvemadmodum ſummam rationibus vellet

POtes, mi Secunde chariſſime, ſine ſolicitudine religionis, ſi loci poſitio videtur hoc deſiderare, ædem matris Deûm transferre in eam quæ q) *eſt accommodatior. Nec te moveat, qvòd lex dedicationis nulla reperitur, cùm ſolum peregrinæ civitatis capax non ſit dedicationis, quæ ſit noſtro jure* r).

60. [Ri. 53.] CAJUS PLINIUS TRAJANO Imp. S.

Admonet Trajanum, celebraſſe ſe diem, qvo ſuſceperat imperium, & commilitonibus jusjurandum ſolenne dediſſe.

DIem, Domine, qvo ſervaſti imperium *s*), dum ſuſcipis, qvantâ mereris lætitiâ celebravimus; precati Deos, ut te generi humano, cujus tutela & ſecuritas ſaluti tuæ innixa eſt *t*), incolumem florentemqve præſtarent. Præiimus *u*),

EP. 59. *q*) Legendum puto, *in eum, qui:* nam de *loco* eſt ſermo. Poſſet tamen etiam retineri, *eam quæ,* ut referatur ad *poſitionem* loci. *Ri.* *r*) Notanda Pontificalis ſententia: dedicationem fieri jure Romano, neqve ejus capacem eſſe regionem peregrinam. *Ri.*

EP. 60. s) *nam ſuſcipiendo imperium adoptatus à Nervâ, repreſſit ſeditionem, quam Prætoriani moverant: ob quam & adoptatus à Nervâ & in ſocietatem imperii aſſumptus fuit, qui ſenio jam vileſcere atque contemni cœperat, de quo Hiſtoriæ, atque in Panegyrico noſter.* Diem imperii *brevius Trajanus & hic, & infrà ep. 104. appellat.* Bu.

t) *In Paneg. c. 94.* Simplex cunctaq; complexum unum omnium votum eſt, Salus Principis. *Vide & cap. 72.* Bu.

tantibus indulgentiam n
exiſtimet qvisqvam, qvæ
vatim, vel publicè confec
me reſcindi, ut potiùs mil
& certa fecero: nec gratu

tio. Factum inde, ut ſuſpicaretur dus *legendum* exſpectandus. *E* *autem puto ſenſum è juſtâ interp* *re &* intelligere. *Bonus Princeps* *ſubditi præclaram de virtutibus e* *documentis habent*; ſpectatur, *c* *gentiæ ſuæ fidem facit. Ait ergò N* *ceps bonus ſpectaculum qvaſi vir* *qvas luculentis rerum teſtimoni* *preſſerunt.* h) *nam ſenex* *petere, qvibus annis otium &* *lex permittit*. Cat. i) *Dom* *fenſa emt*. Cat. k) *ut reſci*

PEcuniæ publicæ, Domine, prudentiâ tuâ & miniſterio noſtro & jam *a*) exactæ ſunt & exiguntur: qvæ vereor ne otioſæ *b*) jaceant. Nam & prædiorum comparandorum aut nulla, aut rariſſima occaſio eſt: nec inveniuntur, qvi velint debere, Reipublicæ præſertim, duodenis aſſibus *c*), qvanti à privatis mutuantur. Diſpice ergò, Domine, numqvid minuendam uſuram, ac per hoc idoneos debitores invitandos, putes: &, ſi ne ſic qvidem reperiuntur, diſtribuendam inter decuriones *d*) pecuniam, ita ut rectè Rei-

 publi-

EP. 62. a) *ita rectè diviſim ſcribere juſſit Rittersh. pro* etiam. b) Otioſæ pecuniæ, *quæ conditæ jacent, nec fructum afferunt poſſeſſori. Quinctilianus Declam.* 345. Pecuniam dedi & ex otioſâ jacente patrimonii parte aliqvid numeravi. *Eadem &* vacua *dicitur L. Q. Cæcilius* 28. *D. depoſiti. Huic opponitur* occupata *pecunia, quæ lucratur domino, vel quia in fœnore poſita, vel quia impenſa in Coëmendas res, unde reditus ac commodum eſt. Columella lib. XI. c.* 1. Pecuniam domini neqve in pecore, neqve in aliis rebus promercalibus occupet. *Auſonius ad Symmachum:* Improbum nummum malui occupare, qvàm condere. *Caterùm pecunias ex provinciis redactas aut prædiorum emptionibus, aut in fœnore poſita occupari ſolitas etiam L. Gajus* 9. *& L. ſi bene* 33. *D. de uſuris, item L. Reſcripto* 6. §. *Debitori* 1. *D. de muneribus & honoribus docemur.* Bu.

c) *ut ex centenis aſſibus duodeni quotannis pro uſurâ inferrentur.* Bu. *Scribendum eſſe, ut pulcrè vidit Salmaſius,* uſuris aſſibus, [*id eſt, uſuris nummis ſolidis menſtruis in centenos, quibus numeratio facta eſt,*] *docuimus in poſteriore Antexegeſi de centeſimis uſuris & fœnore unciario.* Gro.

d) *Municipales Senatores, debitores idoneos, quibus erat*

chippum à pœnâ metalli.

POtuit qvidem ignoraſſe
tu p) eſſet Archippus, q
norem ejus pertinentia ſcri
accommodatius eſt credere,
ventum interventu Princip
etiam ſtatuarum ei honor r)

---

tunam Principis, & per Geniu
jurandum tàm ſanctum habeban
quàm per unum Genium Princip
ſi quis ita pejerabat, fuſtibus caſtig
D. de jurejurando. Ri. o)
Prima nominatur, malè certè au
regulariter non eſt permiſſum m
publico reum facere: tamen quib
ad accuſandum admittitur, ut
qui accuſare. & l. 13. mulierem

4. [Ri.57.] CAJUS PLINIUS TRAJANO Imp. S.

Conſulit Imperatorem, ut ſe regat ſuper exulibus elegatis ad tempus, deinde reſtitutis à proconſulius: ſed præſertim ejus qvi relegatus in perpetuum à Julio Baſſo, in provinciam redierat, qvia Baſſi facta fuerant reſciſſa.

SUmmas, Domine, gratias ago, qvòd inter maximas occupationes, iis, de qvibus te conſului, me qvoqve regere dignatus es: qvod nunc qvoqve facias, rogo. Adiit enim me qvidam indicavitq; adverſarios ſuos à Servilio Calvo, clariſſimo viro, in triennium relegatos, in provinciâ morari: illi contrà, ab eodem ſe reſtitutos affirmaverunt, edictumqve recitaverunt. Qvâ causâ neceſſarium credidi, rem integram ad te referre. Nam, ſicut mandatis tuis cautum eſt, ne reſtituam ab alio aut à me relegatos: ita de iis, qvos alius relegaverit aut reſtituerit, nihil comprehenſum eſt. Ideò tu, Domine, conſulendus fuiſti, qvid obſervare me velles, tàm hercule de iis, qvàm de illis, qvi in perpetuum relegati, nec reſtituti, in provinciâ deprehenduntur. Nam hæc qvoqve ſpecies incidit in cognitionem meam. Eſt enim adductus ad me in perpetuum relegatus à Julio Baſſo i) proconſule: ego, qvia ſciebam acta Baſſi reſciſſa, datumqve à Senatu jus omnibus, de qvibus ille aliqvid conſtituiſſet,

EP. 64. i) hunc & ſuprà memoravit p. 242. g.

Documentum I.

Epiſtola Domitiani ad Terentium Maximum.

FLavius Archippus philoſophus impetravit à me, ut agrum ei DC. *a*) circa Pruſiadam, patriam ſuam, emi juberem, cujus reditu ſuos alere poſſet. Qvod ei præſtari volo. Summam expenſam liberalitati meæ feres *b*).

Docu-

eſt Rittershuſius. Nos interim peculiares numeros iis adſcripſimus. Singulorum argumenta brevia repetere licebit è lit. a. ut adeò argumentis Catanæi opus non fuerit.

DOC. I. a) *Mirari liceat hanc Domitii liberalitatem in Philoſophum, cui donat* DC. *hoc eſt, ut interpretur, ſeſtertiûm ſexcenties: cùm tamen conſtet, bis eum Philoſophos Româ expuliſſe, ut oporteat eum animo fuiſſe ipſis infenſiſſimo. Nota res eſt vel ex Satyrâ Sulpitiæ de temporibus Domitiani. S. Hieron. lib. II. Chron. Euſeb.* Domitianus Mathematicos & Philoſophos Romanâ urbe expulit. *Et poſt pauca*: Domitianus rurſum Philoſophos & Mathematicos Româ per edictum extrudit. *Ri. Non videtur tantum fuiſſe. Eſſet enim ſumma ſexcenties centena millia ſeſtertiûm. Ingens donum pro Philoſopho. Igitur veriſimiliùs erunt ſexcenti tantùm ſeſtertii, quæ pecunia nobis florenis forte 27. 3/7 æſtimatur.* Tob. Adami ap. eund. Rittersh. b) *in rationibus tuis mihi adſcribes.* Ri. *Huic ſummæ in rationibus expenſorum titulum ſive cauſſam facies, liberalitatem meam: liberalitati meæ inſcribes ſive imputabis hanc ſummam. Nam* imputare *eſt inferre rationibus ſummam cum indicatione cauſſæ, qua fuit impenſa. Græcis* ἐλλογεῖν: *de quo Caſaubonus ad Svetonii Cæſarem, quem operæ pretium erit videre. Svetonius Veſpaſiano c. 22.* Cùm productæ pro concubitu ſeſtertia qvadringenta donaſſet, admonente diſpenſatore, qvemadmodum ſummam rationibus vellet

Documentum II.

Ejuſdem ad Lucium Appium Maximum.

ARchippum philoſophum, bonum virum, & profeſſione ſuâ etiam majoribus *c*) reſpondentem, commendatum habeas velim, mi Maxime, & plenam ei humanitatem tuam præſtes in iis, qvæ verecunde *d*) à te deſideraverit *e*).

Documentum III.

Edictum *f*) Divi Nervæ.

QVædam ſine dubio, Qvirites, ipſa felicitas temporum edicit, nec ſpectandus eſt in iis bonus Princeps, qvibus illum intelligi ſatis eſt *g*): cùm hoc ſibi qvisqve civium meorum ſpon-

Hhh

...ferri, *Veſpaſiano*, inqvit, *adamato*. Referre Veſpaſiano adamato *dictum, ut* ferre liberalitati: *niſi quòd ſimplex in ... pro compoſito poſitum*. Bu.

DOC. II. c) *Si vera eſt hæc lectio, duplicem videtur ...cipere interpretationem*: *vel hanc ſc. quod Archippum di... Imp. rebus altioribus & ſublimioribus dignum*; *vel hanc, ...òd Archippus parem ſe præſtet majorum gloriæ*. [*Cata...us majores hîc interpretatur antiquos philoſophos, & ideò ...eliores*.] *Vide tamen, ne veriùs ſit, ut legamus*: profeſſio... ſuæ etiam moribus reſpondentem: [*atque hoc rece... Boxhornius*.] *Nimirum omnis illud philoſophari parum ..., niſi & mores profeſſioni reſpondeant*. Ri. d) *ut de... philoſophum*. Bu. e) *petierit*. Bu.

DOC. III. f) *hoc Edictum elegantiſſimum nu...am alibi extat*. Ri. g) *Obſcura quodammodo locu-*

MAgna, Domine, & ad totam provinciam pertinens qvæſtio eſt, de conditione *e)* & alimentis *f)* eorum, qvos vocant θρεπτοὺς *g)*. In qvâ ego, auditis conſtitutionibus Principum, qvia nihil inveniebam aut proprium, aut univerſale, qvod ad Bithynos ferretur, conſulendum te exiſtimavi, qvid obſervari velles. Neqve enim putavi, poſſe me in eo, qvod auctoritatem tuam poſceret, exemplis eſſe contentum. Recitabatur autem apud me edictum qvod dicebatur Divi Auguſti, ad Anniam pertinens; recitatæ & epiſtolæ Divi Veſpaſiani ad Lacedæmonios; & Divi Titi ad eosdem, deinde ad Achæos; & Domitiani ad Avidium Nigrinum

crologiis delectari ſolebant. Sanè apud Plautum nihil freqventius hâc formâ. In veteri edicto apud Sveton. de claris Rhetoribus c. 1. *Videtur faciendum, ut oſtendamus noſtram ſententiam:* pro, videtur oſtendenda noſtra ſententia eſſe. Cicero I. de Divinatione: *Faciendum videtur, ut diligenter etiã atq; etiam argumenta cũ argumentis conferamus.* C. Nepos Pauſaniâ: *Centum homines ad eum mittefacè:* pro, mitte. Victruvius lib. VIII. c. 7. *erit faciendum ut ſpecûs fodiantur ſub terrâ:* pro, fodiendi erunt ſpecûs. *Bu.*

EP. 71. e) *ſervi an liberi eſſent.* Cat. f) *id eſt, pretio alimentorum, an id, antequam libertati reſtituantur expoſititii, refundendum ſit ſuſceptoribus.* Ri. g) *Vocabantur etiam* Alumni, *ut ex erudititiſſ. Gloſſar. vet. diſcimus.* Alumnus, θρεπτὸς, *Et alibi: Alumnus* ἀνατρεφόμενος, θρεπτὸς. Ri. alumnos. *Alia etiam eſt lectio,* ἐκθέτους, *i.* expoſitos. *Poſſe autem locum habere utramq; apparet ex principio epiſtolæ Trajani, quâ ad hanc reſpondet.* St. Ex quibus hoc genus *collectum fuerit, epiſtola ſe-*

eget precibus. Et qvi non habent *l)* me, qvem tuna imperii vultu meliore reſpexit, novis neficiis vacare patiantur; & ea demum ſciant ;anda eſſe, qvæ non habent.

Documentum IV.

Epiſtola ejusdem ad Tullium Juſtum.

Ùm rerum omnium ordinatio, qvæ prioribus *m)* temporibus inchoatæ conſummaj; ſunt, obſervanda ſit, tum epiſtolis etiam mitiani ſtandum eſt.

[Ri. 60.] CAJUS PLINIUS TRAJANO Imp. S.

Mittit libellos Archippi & Furiæ accuſatricis il- Trajano.

'Lavius Archippus per ſalutem tuam æternitatemq; *n)* petit à me, ut libellum qvem mi- ledit, mitterem tibi. Qvod ego ſic roganti ſtandum putavi: ita tamen, ut miſſurum me,

Hhh 2 notum

n ſecutus Nerva ſimile prorſus publicavit edictum, quo omnibus fecit, quæ à Domitiano & aliis Principibus nuerant. Bu. l) *forte ſcribendum :* Ergò qvi habent, *puta beneficia meis ab Anteceſſoribus impe-*

DOC. IV. m) *ſub aliis Principibus.* Cat.

P. 67. n) *De æternitate Principum dixi ad ep. 50. n.] Hic autem obſervetur, enixiſſimum atque ſanctisſimum fuiſſe genus rogandi* per ſalutem & æternitatem *Imperatoris : quo precum genere alicui admoto nefas habebaquicquam negare ſic petenti. Sic & jurabant* per For-

Liberat hac epiſtola Trajanus F
chippum à pœnâ metalli.

P*Otuit qvidem ignoraſſe Domitianu
tu* p) *eſſet Archippus, qvùm tam n
norem ejus pertinentia ſcriberet: ſed
accommodatius eſt credere, etiam ſtat
ventum interventu Principis* q) : *pr
etiam ſtatuarum ei honor* r) *toties de*

---

tunam Principis, & per Genium Principis
*jurandum tàm ſanctum habebant ut citiùs p
quàm per unum Genium Principis pejerare au
ſi quis ita pejerabat, fuſtibus caſtigabatur. l. ſi
D. de jurejurando.* Ri. o) *Sequenti e*
Prima *nominatur, malè certè auſpicato nom
regulariter non eſt permiſſum mulieri, quen
publico reum facere: tamen quibusdam caſibu
ad accuſandum admittitur, ut videre eſt in l.
qui accuſare. & l. 13. mulierem D. de accuſa*

iis s), *qvi ignorabant, qvid de illo Paulus proconſul pronunciaſſet. Qvæ tamen, mi Secunde chariſſime, non eò pertinent, ut ſi qvid illi novi criminis objiciatur, minùs de eo audiendum putes. Libellos Furiæ Primæ accuſatricis, item ipſius Archippi, qvos alteri epiſtolæ tuæ junxeras, legi.*

69. [Ri. 62.] CAJUS PLINIUS TRAJANO Imp. S.

Diligenter circumſpexerat Secundus, qvomodo lacus Nicomedenſium poſſet vel in mare vel in flumen deduci, ita ut magno commodo toti regioni eſſet futurus. [Hoc igitur narrat Imperatori.]

TU qvidem, Domine providentiſſime *t*), vereris *u*) ne commiſſus flumini, atq; ita mari, lacus effluat: ſed ego in re præſenti *x*) inveniſſe videor, qvemadmodùm huic periculo *y*) occurrerem. Poteſt enim lacus foſsâ usqve ad flumen adduci, nec tamen flumen emitti, ſed relicto

Hhh 3 qvaſi

ſtantibus ſtatuas atqve imagines honoris ergò poſitas fuiſſe. Sic Gorgiæ Leontino Athenis ſtatua ex ſolido auro, Beroſo cum aureâ lingvá collocata eſt. Demetrio Phalereo etiam CCC. ſtatuæ erectæ, ſed poſteà fortunâ commutatâ denuò everſæ, ut eſt apud Plutarchum. *Ri.*

s) Pruſienſibus, [ſuprà ep. 66. x.] *Cat.*

EP. 69. t) *Præſtat reſcribi:* Domine, providentiſſimè vereris, *&c.* Gru. *Rectè Gruterus. Similiter infrà Ep. 81.* Providentisſimè, Domine, feciſti. *Bu.* u) *Reſpice ad epiſt. 51. huic enim reſpondet hîc Plinius.* x) *hæc eſt, qvæ vulgò inſpectio ocularis dicitur.* Ri. y) *vera hæc haud dubiè lectio: neque cauſam idoneam video cur illud Catanæi,* cuniculum, *reclamantibus editionibus cæteris,*

mum pontificem *r*) conſulendum putavi, obſervare me velis.

74. [Ri. 70.] TRAJANUS PLINIO
Permittit transferre reliqvias.

DUrum eſt, injungere neceſſitatem pro[illegible] libus pontificum adeundorum, ſi rel[illegible] ſuorum propter aliqvas juſtas cauſas transf[illegible] loco in alium locum velint. Seqvenda ergo [illegible] tibi exempla ſunt eorum, qvi iſti provinciæ p[illegible] runt, & ex causâ cuiq; ita aut permittendu[illegible] negandum s).

75. [Ri. 71.] CAJUS PLINIUS TRAJ[illegible] Imp. S.

Oſtendit locum Pruſæ idoneum, ubi p[illegible] dificari balineum, qvod Imperator extrui [illegible] ſerat.

QVærenti mihi, Domine, Pruſæ ubi po[illegible] [illegible]

prætor.] *C. Th. de ſepulchris violatis. Quò faci[illegible] ſari poterit Juſtinianus, qui nobis paganiſmi relig[illegible] ult. D. de mort. infer. non ſuſtulerit de verbis Ulpia[illegible]*

r) *Imp. Romani Pontificatum maximum ad ſe [illegible] aliis imperii juribus pertraxerunt.* Ri.

EP. 74. *s*) Obſervetur, ex reſcripto Ant[illegible] l. 1. C. de religioſ. & ſumpt. fun. translationem [illegible] rum tandem cujuslibet Præſidis arbitrio fuiſſe re[illegible] qvod manifeſtum ſit illis verbis: *exiſtimatione* [illegible] *provinciæ transferre poteris.*

70. [Ri. 63.] TRAJANUS PLINIO S.

Secundum laudat, qvòd ſummâ prudentiâ ſummâq; diligentiâ ſcrutatus fuiſſet, qvomodo Nicomedenſium lacus vel in mare vel in flumen adduci poſſet.

MAnifeſtum eſt, mi Secunde chariſſime, neo prudentiam nec diligentiam tibi defuiſſe circa iſtum lacum, cùm tam multa proviſa habeas a), *per qvæ nec periclitetur exhauriri* b), *& magis in uſus nobis futurus ſit. Elige* c) *igitur id, qvod præcipuè res ipſa ſuaſerit. Calphurnium Macrum credo facturum, ut tè libratore inſtruat* d); *neq; enim provinciæ iſtæ his artificibus carent.*

71. [Ri. 66.] CAJUS PLINIUS TRAJANO Imp. S.

Qværit judicium Imperatoris ſuper iis, qvi liberi nati, fuerunt expoſiti, deinde à qvibusdam ſublati in ſervitute educati.

EP. 70. *a*) Ita editio Catanæi, qvod malui, qvàm deinceps vulgatum, *habeat*. Gru. *b*) Sic JC. *ne liberalitate ſuâ inops fieri periclitetur donator.* l. 50. D. de re judic. *Ri.* *c*) Elice †. Neſcio an non magis qvadraverit, *Elige*. Gru. Grutero in mentem veniebat, *Elige*. Sed utrum melius, dijudicandum aliis reliqvit. *Bu.* Nullum mihi dubium eſt, qvin vel repugnantibus omnibus editis libris ex mente manuqve Plinii [Trajani ſcribendum fuerat,] legendum ſit: *Elige*. Fundus emendationis noſtræ eſt infrà ep. 79. *ut diſpiceres, qvid eligere debeam.* d) Poterat breviùs: credo te *inſtructurum libratore*: ſed maluit imitari veteres, qvi hoc genus ma-

MAgna, Domine, & ad totam provin
pertinens qvæſtio eſt, de conditione
alimentis *f*) eorum, qvos vocant θρεπτ
In qvâ ego, auditis conſtitutionibus Pr
pum, qvia nihil inveniebam aut propriun
univerſale, qvod ad Bithynos ferretur, c
lendum te exiſtimavi, qvid obſervari v
Neqve enim putavi, poſſe me in eo, qvo
ctoritatem tuam poſceret, exemplis eſſe
tentum. Recitabatur autem apud me edi
qvod dicebatur Divi Auguſti, ad Anniam
tinens; recitatæ & epiſtolæ Divi Veſpaſia
Lacedæmonios; & Divi Titi ad eosdem, de
ad Achæos; & Domitiani ad Avidium N

crologiis delectari ſolebant. Sanè apud Plautum
freqventius hâc formâ. In veteri edicto apud Svet
claris Rhetoribus c. 1. *Videtur faciendum, ut oſten*
noſtram ſententiam: pro, videtur oſtendenda noſtr
tentia eſſe. Cicero I. de Divinatione: *Faciendum*
ut diligenter etiã atq; etiam argumenta cũ argumentis
nemus. C. Nepos Pauſaniâ: *Centum homines ad eum*
face: pro, mitte. Victruvius lib. VIII. c. 7. *erit f*
dum ut ſpecûs fodiantur ſub terrâ: pro, fodiendi
ſpecûs. *Bu.*

EP. 71. e) *ſervi an liberi eſſent.* Cat.
eſt, pretio alimentorum, an id, antequam libertati r
antur expoſititii, refundendum ſit ſuſceptoribus. Ri.
cabantur etiam Alumni, *ut ex eruditiſſ. Gloſſar. vet*
cimus. Alumnus; θρεπτός, *Et alibi: Alumnus* οἰκοτ
τρόφιμος, θρεπτός. Ri. alumnos. *Alia etiam eſt lecti*
θέτους, i. expoſitos. *Poſſe autem locum habere utrum*
paret ex principio epiſtolæ Trajani, quâ ad hanc r
det, St. Ex quibus hoc genus collectum fuerit, *epiſto*

num & Armenium Brocchum *h*) proconſules, item ad Lacedæmonios. Qvæ ideò tibi non miſi, qvia & parum emendata, & qvædam non certæ fidei videbantur, & qvia vera & emendata in ſcriniis *i*) tuis eſſe credebam.

72. [Ri. 67.] TRAJANUS PLINIO S.

Reſcribit, nulli libertatem adimendam.

QVæſtio iſta, qvæ pertinet ad eos, qvi liberi nati, expoſiti k), *deinde ſublati à qvibusdam & in* ſervi-

quens docebit. Bu. h) Brocchi *cujusdam meminit Seneca. Ad Junium Brocchum Illyrii præfectum ſcripſit Claudius Imperator. Appellare conſuevimus* Brocchos, *qvos alii* Broncos, *qvibus dentes prominent, autoribus Varrone, Columellâ, Plinio.* Cat. i) *Notandus hic eſt locus ad id, quod ajunt Arcad. & Honorius Impp. in l. 19. omnium C. de Teſtament.* totum jus in ſuis eſſe ſcriniis conſtitutum. *Quomodo in ſcriniis Principum totum jus eſt? Nimirum ita. Solebant Principes in archivis ſuis [ea ſunt ſcrinia] adſervare authenticas ſcripturas Conſtitutionum, Reſcriptorum, Edictorum, Epiſtolarum, Decretorum ſuorum, quæ de jure emiſerant: idq; ideò, ut eò tanquam ad fontem recurreretur, ſi qua incidiſſet de illis dubitatio. Idem hodièq; fit in Cancellariis quas vocamus. Aliorum eſto judicium, qvàm bellè hoc dictum Impp. de toto jure in ſuis ſcriniis conſtituto imitatus ſit Bonifacius VIII. in c. 1. de conſtitutionib. in 6. cùm ait:* Romanus Pontifex jura omnia in ſcrinio pectoris ſui cenſetur habere. *De qvâ Pontificis accommodatione videri qvoq; poteſt Jac. Cujacius in Recitationibus Decretalium.* Ri.

EP. 72. *k*) Ea veterum inhumanitas fuit, ut ſi qvid natum ſibi eſſet, qvod nollent tollere, alereqve, aut non poſſent, id vel necarent, vel exponerent, locis publicis

SI mihi Senatusconſultum miſeris, qvod ... ſtationem e) *tibi fecit, æſtimabo an debeas c... ſcere de agnoſcendis liberis, & natalibus ſuis ... tuendis.*

79. [Ri. 76.] CAJUS PLINIUS TRAJA... Imp. S.

Moriens Julius Largus rogaverit Secund... ut rem ſuam inſpiceret, & qvod ſupereſſet ex ... qvaginta millibus, arbitrio ſuo diſpenſaret in ... rem Trajani, qvem per epiſtolam conſulit qvi... ſit fieri.

JUlius, Domine, Largus, ex Ponto f), non ...

EP. 78. *e*) Non intelligo ſatis, qvid illud ſit, ... hæſitationem objecit Plinio, cùm certum ſit, ipſum ... conſulem fuiſſe, & Senatusconſultum illud ad tales ... vincias, qvæ à Proconſule regerentur, pertinuiſſe ... illud forte fuit, qvod rem dubiam reddidit, qvia ſole... de jure legitimi partûs adiri & cognoſcere Pont... l. 3. §. ult. D. de ſuis & legit. *Ri.* Imò hæc ipſa eſt ... dubitandi, qvòd ad SCtum reſpexerit. Forſan enim ... tela fuit in illo de certo modo cognoſcendi in provi... in his cauſis. Si enim textus rectè inſpiciatur, non ... qvòd ſecundùm SCtum cognoſcere noluerit, ſed ... poſtularint qvidam, ut ſecundùm Domitiani epiſt... ſcriptam, & ſecundùm exempla Proconſulum cogn... ret: ſe verò reſpexiſſe ad SCtum, qvod de talibus ... tùm provinciis loqvatur. Qvo forſan aut inhibitum ... fuit, aut certus, ut dixi, præſcriptus modus. Unde ... illud SCtum, haud dubiè generale, cujus Ulp. mem... idem puto huic noſtro. *Tob. Adami ap. Ritterſhuſ.*

EP. 79. f) *ex provinciâ Ponti. Ptolemæus in de... ptione ſuâ Pontum & Bithyniam ſimul complectitur. St... per ſe provinciam Ponticam terminavit, qvà Mithridat...*

ipſam libertatem redimendam pretio ali-
rum.

i.69.] CAJUS PLINIUS TRAJANO Imp. S.

ærit an permittat transferre mortuorum re-
is juſtâ aliqvâ ratione.

:entib9 qvibusdam, ut ſibi reliqvias *o)* ſuo-
m, aut propter injuriam vetuſtatis, aut
er fluminis incurſum, aliaqve his ſimilia
unqve, ſecundùm exemplum proconſu-
transferre *p)* permitterem; qvia ſciebam
e noſtrâ ex ejusmodi cauſis collegium
ficum adiri ſolere *q)*, te, Domine, maxi-
mum

73. o) Reliqviæ *de mortuis dicuntur, quorum*
cineres eo vocabulo deſignantur. Quomodo autem
æ iſtæ rite transferri, ſive etiam trajici potuerint, de
ntifices cognoſcebant, Johannes Kirchmannus præcla-
uneribus Romanorum opere lib. III. c. 25. & Jac. Gu-
lib. II. de veteri Jure Pontificio c. 9. abunde do-
u. p) *Nefas eſſe ducebant veteres, movere loca*
as defunctorum. Putabant enim, Manes inquietari,
os hominum, imò & Solem ipſum infauſtis aſpectibus
ri. Quia tamen nonnunquam neceſſitas ipſa cogebat,
quidem fieri translatio, veruntamen non aliter, qvàm
Tu Collegii Pontificum. Solebant etiam prius ſolennia
n adhiberi ſacrificia, & noctu potiùs, qvàm interdiu
nslatio, ut indicat Paulus lib. 1. ſent. tit. 21. Ri.
mpe, ut permittat reliqvias transferri, vel ſepulchra
ac refici & reparari. Mirari licet, hanc conſvetudi-
am ſub Chriſtianis Principibus manſiſſe: qvod ſatis
l. 2. [quæ eſt Conſtantini Imp. ad Limenium præf-

Arbitrio Secundi relin
qvaginta millibus numr
reditate Julii Largi percep
prout ſibi videretur diſpe

Julius Largius fidem tuan
ſet, elegit o). Qvid ergo p
natem memoria ejus faciat

ron. Nerone c. 11. conſtat à Ner
Romæ Quinquennale ludicrum,
idq; variâ formâ, ut cuncta fe
Auguſtus in memoriam victoria
vebens ab ſe conditâ ludos Quin
dem Suetonio teſte lib. 2. c. 8. T
bilis ſcilicet, ac natura hominum
proclivis, grata] ampliata ac dila
niis ac municipiis Quinquennale

m, qvod indulſiſti *t*), fieri, placuit lo-
n qvo fuit aliqvando domus [ut audio]
ra, nunc deformis ruinis. Per hoc enim
qvemur, ut fœdiſſima facies civitatis or-
, atq; etiam ut ipſa civitas amplietur, nec
dificia tollantur, ſed qvæ ſunt vetuſtate
pſa, reparentur in melius. Eſt autem hujus
is conditio talis. Legaverat eam Claudius
nus *u*) Claudio Cæſari, juſſeratq; in peri-
x) tẽplũ ei fieri, reliqva ex domo locari, ex
ditum aliqvandiu civitas percepit: dein-
llatim partim ſpoliata, partim neglecta, cũ
ylio domus tota collapſa eſt: ac jam penè
ex eâ, niſi ſolum ſupereſt; qvod tu, Domi-
ſive donaveris civitati, ſive vænire
is, propter opportunitatem loci pro ſum-
unere accipiet. Ego, ſi permiſeris, cogi-
areâ vacuâ balineum collocare: eum
locum, in qvo ædificia fuerunt, exhedrâ *y*)

75. t) *ſuprà ep. 35.* u) *Libertus fuit Clau-
ſaris. Longè diverſus ab hoc, eoq; poſterior ille fuit Po-
, qui Stratagematum libros VIII. ſcripſit, & Divis fra-
Antonino & Vero dedicavit.* Ri. Pollienus *ſcri-
Onomaſt. Glandorp. f. 237. Alius Polyænus, de quo
. 498. f.* x) Periſtyliorum *mentio apud Vi-
m: ubi interpretes loca columnis redimita & clauſa
int. Nam* στύλος *columna eſt.* Bu. y) *Victruvius
c. 11.* Conſtituuntur autem in tribus porticibus ex-
ſpacioſæ, habentes ſedes, in qvibus Philoſophi,
res, reliqviqve qvi ſtudiis delectantur, ſedentes dis-
poſſint. *Lib. VI. c. 6. ſignificat*, oblonga *plerunq;*
onclavia *exhedras, &* amplis magnitudinibus. *Eas
ertas, qvò Sol* & Luna poſſit ſplendores & radios

bam reſcribit Trajanus providendum Byzantiis: ſed ſi idem Juliopolitanis multos pariter centurionem petitur net tamen, ut delinqventes caſtigand curet.

EA conditio eſt civitatis Byzantiorum, c te undiq; in eam commeantium turbâ, dum conſvetudinem præcedentium tempor noribus ejus præſidio centurionis legionarii lendum habuerimus. Si Juliopolitanis ſu dum eodem modo putaverimus, onerabin exemplo. Plures enim tantò magis eadem rent, qvantò infirmiores erunt. Tibi eam ſi diligentiæ habeo, ut credam te omni rati acturum, ne ſint obnoxii injuriis. Si qvi a ſe contra diſciplinam meam geſſerint, ſtatim ceantur: aut, ſi plus admiſerint, qvàm ut in ſenti ſit ſatis, puniantur s). *Si milites erunt tis eorum, qvæ* t) *deprehenderis, notum ſ aut, ſi in urbem verſus* u) *venturi erunt ſcribis* x).

EP. 82. *s*) Nota differentiam inter *coercen nire*, qvæ tamen non ſervatur ubiqve. Exemplu poteſt in tit. D. ad L. Jul. de adult. coercend. *Ri.* tioſa lectio videtur, ſic reſtituenda: *qvos*, vel *qv* qvis retento *qvæ*, malit, *nota facies. Ri.* *u*) *urbem versus*, omiſſo *in*. Ri. *x*) Sic omnis ve tio. Malè ante triennium excuſa, *ſcribunt*. Gru. legitur in ed. H. Steph. qvam A. 1604. excuſam p vix dubium, qvin operarum incuriâ. Nam ejusde phani aliæ annorum 1591. & 1599. *ſcribes* habent.

hi viſus *g*), ac ne auditus qvidem, ſed judi-
tuo credens, diſpenſationem qvandam mi-
erga te pietatis ſuæ miniſteriumqve manda-
. Rogavit enim teſtamento, ut hæreditatem
ım adirem, cernerémqve *h*); ac deinde, per-
ɔtis *i*) qvinqvaginta millibus nummûm, reli-
um omne Heracleotarum *k*) & Theanorum *l*)
'itatibus redderem: ita ut eſſet arbitrii mei,
:um opera facienda, qvæ honori tuo conſe-
ırentur, putarem, an inſtituendos qvinqven-
les agonas *m*), qvi Trajani appellarentur.

Iii Qvod


f) Diaconiſſas *intelligit.* Bu. *Hæ in primitivâ ac naſcente Eccleſiâ erant viduæ qvædam anus,* [*Lucianus, Chriſtianorum ille & Philoſophorum omnium deriſor, in Peregrino vocat* γρᾳΐδια χήρας τινὰς,] *qvibus cura pauperum & carcere vinctorum, & peregrinorum ſeu hoſpitum, & pleraq; alia pietatis officia erant commendata. Vide Jacob. Cujacium ad Novel. 3.* Bald. *Non contentus fuit confeſſione eorum, qvi fuerant Chriſtiani. Poterant illi non ſatis intellexiſſe religionem, à quâ defecerant. Voluit igitur id, quod res erat, ex iis reſciſcere, qui Chriſtiani forent. Ad hoc potiſſimùm elegit ſequiorem ſexum, qui cùm imbecillior ſit, faciliùs ſuccumberet tormentis. Ex hoc ſexu maluit torquere ancillas, quia nihil haberet ea res inſolens, ſi ſervi vel ancillæ quæſtioni ſubjicerentur. Denique non quasvis ancillas æquè idoneas putavit: elegit autem miniſtras Eccleſiæ, ſive, ut Græci dicunt,* τὰς διακόνους: *poſteriores vocarunt* Diaconiſſas, *ut etiam appellantur in jure.* Voſſ. p. 38. 39. *qui in ſeqq. accuratè agit de Diaconiſſis.* g) *Non licebat jure civili torquere liberos homines; neque ſervos in caput domini. Sed ſervum alicujus corporis torquere licebat in eorum etiam caput, qui ejus corporis erant, ut Ulp. lib. 8. de officio Proconſulis ſcripſit, cap. 1. de quæſt. Sed & veteri SC. de ſervis in caput dominorum non torquendis, paulò poſt tempora Trajani exceptæ fuerunt tres cauſæ, nempe adulterii, fraudati cenſûs, & majeſtatis ſive perduellionis, l. 1. C. de quæſt. Non dubito autem, quin & Plinius cauſam Chriſtianorum talem eſſe judicarit,* in quâ *ſervi adverſus dominos torqueri poſſent. Porrò* Ulpianus ait, Adrianum Imp. reſcripſiſſe, *ab eo*

incipiendam eſſe quæſtionem, à quo judex facilimè verum ſcire poſſe credat. Hoc Plinius etiam feciſſe videtur, cùm infirmiorem illum ſexum torſit. Sed & olim Bacchanalia cujusdam primùm libertinæ meretriculæ indicio detecta fuerunt. Neque dubito, quin quod in eâ interrogandâ Poſthumius Conſul fecerat, Plinius hic imitatus ſit. Sed æquior erat, quàm ut eos imitaretur, de quibus Juſtinus in apologiâ priori conqueritur, quòd ſervos & mulierculas tormentis cogerent, Chriſtianis ea affingere, quæ Ethnici ipſi in ſuis ſacris turpiter faciebant. Bald. h) *Fidem igitur Chriſtianam improbat, in vitâ nihil reperit, quod damnaret. Quod validè oſtendit innocentiam vitæ, eorumq; impudentiam clarè arguit, qui iſta ſpargerent de Oedipodioniis mixtibus, infanticidio, ac ὠμοφαγίᾳ.* Voſſ. p. 42. i) *Cicero* Judæorum *olim vocaverat* barbaram ſuperſtitionem, *cui occurrendum etiam eſſe dicebat. Corn. Tacitus, Plinii familiaris* Chriſtianorum exitiabilem ſuperſtitionem *appellavit lib. 15. Svetonius, alter Plinii ſodalis* ſuperſtitionem novam & maleficam. *Plinius nunc ſubſcribit. Nam & in Paneg. ad Trajanum* peregrinæ ſuperſtitionis [*ut loquitur*] *myſteria neſcio quæ ſuperbè irridet. Eadem ætate Lucianus* καινὴν τελετὴν, *atque etiam irridendo* θαυμαστὴν σοφίαν *Chriſtianorum appellat in Peregrino.* Bald. *Hoc veriùs retorqueri poteſt in ipſum aliosq; paganos idolorum cultores ſuperſtitioſiſſimos. Quam verè hoc dicam, apparebit, ſi relegamus ſcripta ex latinis quidem Minucii Felicis, Tertulliani, Cypriani, Lactantii, Firmiani, Jul. Firmici Materni; ex græcis verò Athanaſii, Juſtini Martyris, Clementis Alexandrini, Chryſoſtomi, S. Iſidori Peluſiotæ & aliorum. Longè verò æquior ergà Chriſtianos fuit Ammianus Marcellinus, quamvis & ipſe paganus, lib. 21. de Juliano Apoſtatâ:* Erat ſuper his adimere facilis, quæ donabat; *Chriſtianam religionem abſolutam & ſimplicem* anili ſuperſtitione confundens. *Ri.*

k) *quia legibus vetitum foret, ne quis novam religionem induceret; quia nihil æquè religioſum Reip. videretur.* Voſſ. p. 43. l) *numeroſam & latè fuſam.* Bu. *Ma-*

curri *m*). Viſa eſt enim mihi res digna conſultatione, maximè propter periclitantium numerum *n*). Multi enim omnis ætatis, omnis ordinis, utriusqve ſexus *o*) etiam, vocantur in periculum, & vocabuntur: neqve enim civitates tantùm, ſed vicos etiam atqve agros *p*) ſuperſtitionis iſtius contagio pervagata eſt. Qvæ videtur ſiſti & corrigi *q*) poſſe *r*). Certè ſatis conſtat, propè jam deſolata templa *s*) cœpiſſe celebrari *t*), & ſacra ſolennia diu intermiſſa repeti, paſ-

lè Buchnerus. Ipſam vehementiam, zelum, conſtantiam accuſat Plinius. Gro. m) edd. veteres ante Stephanum, decucurri. Sic ſuprà p. 79. u. & 405. k. n) Fecit ſæpe delinquentium multitudo, ut Romani deliberarent non tàm de ſupplicio augendo, qvàm de minuendo, & ſeveritate remittendâ. Extat hujus generis pulcherrima deliberatio apud Cor. Tacitum. Sed & decimationes Legionum ſignificant, de totâ multitudine, qvæ deliqviſſet, non fuiſſe ſumptum ſemper ſupplicium. Qvanqvam ipſa qvoq; decimatio viſa hic ſit Plinio valdè ſæva & crudelis, cùm non una aliqva legio, ſed tota provincia deliquiſſe videretur. Sic & Tertullianus ad Scapulam præſidem Carthaginenſem: Qvid ipſa Carthago paſſura eſt, decimanda a te? &c. Bald. Sed unde tanta Chriſtianorum copia in illis regionibus? Eas curæ fuiſſe Apoſtolis, indicat, qvod in illas ire voluiſſe B. Paulum ſignificet in Actibus Evangeliſta Lucas. Utcunq; autem non iverit, haut dubium tamen, qvin miſerit alios. Et vicini erant Galatæ, ad qvos Epiſtola Apoſtoli exſtat: unde Chriſtianas colonias fuiſſe deductas per eſt veriſimile. Mitto de B. Joanne, qui Epheſi egerit, & diſcipulo ejus Smyrnæo epiſcopo Polycarpo, etſi tum admodùm juvene. Voſſ. p. 5. o) Quia & pueri & mulieres ſequerentur Philoſophiam Chriſtianam, eò Celſus iis exprobrabat, quòd dogma eorum crederent γύναια καὶ

παιδάρια, vel his ſimiles homines ἀναίσθητοι. Reſpondeban Chriſtiani, non tales ſolos eſſe, qui videant veritatem, ſed præterea prudentiſſimos & doctiſſimos viros. Quin hoc ipſum clarè teſtari, quanta ſit lux veritatis Evangelicæ, quòd illa etiam illuceat pueris ac fœminis. Voſſ p. 9. p) *In pagis vicisq; tardiùs omnino Evangelium eſt receptum, partim quia præcones Evangelii magis amarent urbes præſertim amplas, ubi plures poſſent Chriſto lucrifacere; partim etiam quia ruſtici minùs eſſent curioſi eorum, quæ ad religionem pertinerent, ac vel ſtupore animi vel pertinaciâ quadam ſuperſtitionem antiquam retinerent. Unde & factum, ut paſſim per urbes receptâ religione Chriſtianâ in pagis tamen non exiguus ſupereſſet gentilium numerus. Itaq; Chriſtiani eos, qui cum iſtiusmodi hominibus ſaperent, utcunq; & ipſi in urbibus viverent* paganos *tamen dixere.* Voſſ. p. 45. 46.

q) *Verba* contagio, pervagari, ſiſti *videntur requirere* corripi, *pro imminui, ut Svetonius Tiberio:* Ludorum ac munerum impenſas corripuit. *Et in Domitiano* ſingulos à ſeptenis ſpaciis ad qvina corripuit. *Sed ſequitur,* emendari. *Bene: nam ſi emendarentur, ut ille putabat, homines, corripiebatur ſuperſtitio.* Gro. *Gronovii hæc medicina curioſa magis, quàm neceſſaria eſt.* r) *puta, ſi ſit pœnitentiæ locus, ut loquitur in fine epiſtolæ.* s) *Deorum gentilium ædes, quæ propriè* templa. *Unde eam vocē abhorrebant Chriſtiani veteres, & ſacris cœtibus deſtinatas ædes,* Eccleſias, Baſilicas, Sacraria *potiùs appellabant. Salvianus lib. III. de Providentiâ:* Itaqve Eccleſias, vel potiùs templa atq; altaria Dei minoris reverentiæ qvidam habent. *Lege tranſpoſitis vocibus:* Itaqve templa vel potiùs Eccleſias *&c. Ita enim ipſe paulò pòſt:* In templa autem, *inqvit,* vel potiùs Eccleſias atqve in ſacraria Dei *&c.* Bu.

t) *obſervandum hic ex hiſtoriis, Paganiſmum in Imperio Romano, h. e. in multò maximâ parte orbis terrarum diu viguiſſe, ſparſo licet ubique gentium præconio Evangelii. Tandem verò templa paganorum protinus claudi, & acceſſum ſacrificaturis prohiberi voluerunt Chriſtiani Impp. Conſtantius*

paſſimq; vænire victimas *u*),qvarum adhuc rariſſimus emptor inveniebatur *x*). Ex qvo facile eſt opinari, qvæ turba hominum emendari *y*) poſſit, ſi ſit pœnitentiæ locus *z*).

98. TRAJANUS PLINIO S.

Laudat ordinem cognoſcendi ſervatum à Secun-

tius, Theodoſ. Gratian. Valentinian. Arcad. Honorius, Martianus, Leo & Anthemius. Vide C. Theodoſ. & Juſtinian. tit. de paganis & ſacrificiis & templis. Ri. u) paſtumq; venire victimarum. *Ita legit Catanaus, & exponit, qui paſcua publica conducant ad alendas victimas. Sed idem fatetur, manifeſtiorem eſſe ſenſum, ſi legatur,* paſſimqve venire victimas. *Nec ulla mihi occurrit editio, qua aliter legeret.* x) *Credibile eſt, magnoperè hanc lucri ſui jacturam hominibus doluiſſe, ideoq; contrà Chriſtianos inflammâſſe magis magisq; præſides, & Impp. paganos, ut eos è medio tollerent.: ſicut legimus de Demetrio Idolopæo, qui metuens ſuæ negotiationi, graviſſimam Epheſi concitat ſeditionem adversùs Paulum. Vide Act. 19. v. 24. & ſeqq.* Ri. y) *quaſi verò hac ſit emendatio, à verâ religione ad ſacrilegam deſciſcere. Nam hi propriè ſunt apoſtatæ, qui ex Chriſtianis pagani facti ſunt.* Ri. z) *Credimus de eo Plinio, quòd plurimi defecerint, ubi vidêre ignoſci iis, qui fuiſſent Chriſtiani, modò à fide eâ abſiſterent: capite autem pœnas luere, qui nollent deficere. Sed enim valdè ratio fugit Plinium, ſi exiſtimavit hoc pacto deleri poſſe religionem Chriſtianam. Cunctis enim temporibus veriſſimum illud fuit Tertulliani effatum:* Sangvis martyrum ſemen Eccleſiæ. *Atque hoc etiam in Bithyniâ & Ponto, quibus præfuit Plinius, ſatis comprobant frequentia martyria, quæ fuere poſt Plinii tempora. Imò ne qvidem Cæſar Diocletianus exſtirpare religionem Chriſtianam potuit Nicomediæ, Bithyniæ urbe, ubi palatium haberet.* Voſſ. p. 49. 50. *Conf. Baron. II. Annal. ad ann. 104. n. 9.*

undo, vetatq́; inqviri Chriſtianos, ſed oblatos puniri jubet; libellis verò ſine auctore nullam fidem præſtandam.

ACtum a), *qvem debuiſti, mi Secunde, in excutiendis cauſis eorum, qvi Chriſtiani ad te delati* b) *fuerant, ſecutus es. Neqve enim in univerſum aliqvid* c), *qvod qvaſi certam formam habeat, conſtitui poteſt. Conqvirendi non ſunt* d): *ſi*

EP. 98. *a*) i. e. munus, officium, adminiſtrationem, ut ſuprà p. 812. k. Neqve adverſatur expoſitio Balduini, *actum* hic vocari extraordinariam Plinii qvæſtionem, aut Voſſii p. 51. per *actum* deſignari judicii modum in qvæſtione extraordinariâ de Chriſtianis. Pertinebat enim & ipſa qvæſtio & modus ejus ad officium Plinii in provinciâ. *b*) Mirum eſt, cùm *Delatores* exterminarit è Rep. optimus hic princeps, [ut ex Panegyrico Pliniano didicimus, ubi factum hoc Plinius dilaudat,] cur in cauſis Chriſtianorum reliqverit *delationibus* locum. Sed huc ſummum religionis noſtræ odium impuliſſe credo. *Ri.* Aliter ſentit Balduinus, qvi p. 406. [ed. Veenh. p. 761:] *deferendi* verbum hic accipi debere ait, non *ut delatorem* h. e. calumniatorem, ſed ut accuſatorem potiùs ſignificet. *c*) ſimiliter infrà Trajanus Ep. 114. *In univerſum à me non poteſt ſtatui.* Ratio eſt, qvia circumſtantiæ variant factum: ex facto autem jus naſcitur. *Ri.* *d*) Marcianus Juriſc. *Mandatis*, inqvit, *cavetur, ut præſides ſacrilegos, latrones, plagiarios conquirant, & prout quisque deliquerit, in eum animadvertant.* Item Ulpianus: *Congruit*, inqvit, *bono & gravi præſidi, curare, ut pacata atque quieta provincia ſit, & debet malos homines conquirere.* Nunc Trajanus videtur Chriſtianos eximere, qvia neqve ſacrilegi, neqve fures, neqve latrones ſint: neqve ut perturbent provincias, committant aliqvid dignum publicâ & extraordinariâ inqviſitione.

deferantur e), & *arguantur* f), *puniendi ſunt*

Non liberat eos criminali & legitimâ accuſatione: ſed, ſi accuſator deſit, paritur eos impune latere, neqve ad eos vexandos pertinere vult mandata de flagitioſis hominibus conqvirendis. Præſidum inqviſitioni ſubſerviebant, qvi dicebantur *Irenarchæ* & *Curioſi*: qvorum freqvens eſt mentio in libris juris civilis. Tales verò Qvæſtores ſæpe Sycophantæ & calumniatores erant. Horum itaqve Coricæorum inſidiis Chriſtianos eripere, magnum profecto & ſingulare beneficium fuit. Qvanqvam non ignorem, minimè fuiſſe ſemper in hoc genere obtemperatum Trajano. Tertullianus ad Scapulam narrat, qvendam præſidem, qvi Prudens appellabatur, miſſum ad ſe Chriſtianum cum elogio, dimiſiſſe ſciſſo elogio, & negaſſe, ſine accuſatore ſe auditurum hominem, ſecundùm mandatum. Hic *primùm* videtur ſecutus ſingulare in hâc causâ Trajani mandatum: *deinde* jus commune, ut elogio non temerè crederet. Nam &, ubi omninò accuſator non erat neceſſarius, tamen ex ſolo ſtatim elogio reus non condemnabatur. *Non eſſe eorum epiſtolis credendum, qvi qvaſi damnatos ad præſidem remiſerint; neqve Irenarcharum elogiis, qvia omnes non ſint bonæ fidei; ſed ex integro cauſam cognoſci debere, mandatum olim fuiſſe*, Martianus in Pandectis ait c. 6. de cuſtod. & exhib. reor. *Bald.* e) Ne qvis miretur, qvod hîc eſt, ſi *deferantur & arguantur* Tertullianum [c. 2. Apolog. inqvirendos qvidem non eſſe *oblatos* verò puniri oportere,] dicere, *ſi offerantur*: obiter etiam notandum eſt, *offerendi* verbum apud Juriſconſultos eſſe accuſatoris, veluti reum ſiſtentis. Sic in Pandectis c. 13. § ult. de re milit. legimus, deſertorem *à Patre oblatum*, qvi delatus & accuſatus à patre fuerat. *Bald.* Verbum *offerre* JC. notum, & Tertulliani ſeculo perqvam familiare. Idem de fugâ in perſecutione: *Ex inopinato apprehenſus & Præſidi oblatus.* Cyprianus: *ſed & huic perſecutioni qvotidiè inſiſtunt præfecti in urbe, ut, ſi qvi ſibi oblati fuerint, animadvertatur.* In martyrio Cypria-

:ita tamen, ut qvi negaverit ſe Chriſtianũ eſſe, ipsâ manifeſtum fecerit, i. e. ſupplicando Diis no-

ne *autem facto oblatus eſt B. Cyprianus proconſuli.* onymus de muliere ſepties iſtâ: *Conſularis obla- quandam mulierculam unà cum adultero pœnali horrore circumdedit.* Herald. in Tertul. apol. 1. *f*) Nempe non ſuffecit, ſi deferrentur. nim, ſi ſatis ſit accuſaſſe, innocens futurus? Præ- gitur exigit, ut *arguantur*, hoc eſt, ejus eſſe ſectæ cantur. Nam *arguere* eſt demonſtrare: unde *ar- o* nomen. Sic Maro ait IV. Æn. *Degeneres animos rguit.* Voſſ. p. 14. *g*) Cùm diſertè hìc jubeat ius, Chriſtianos delatos convictosq; puniri debe- n video, qvo pacto conſiſtere posſit, qvod ex ne- o ſcriptore retulit Suidas, Trajanum edicto pro- ſe omnibus ſuis præfectis ac præſidibus, ne Chri- ſuppliciis afficerent: qvod edictum promulgarit, relatione Tiberiani primæ Palæſtinæ præſidis di- t, tantam eſſe Chriſtianorum ſponte ſuâ ſe ad ſup- offerentium multitudinem, ut illis occidentis npliùs par eſſe poſſet. Cùm qvo conſentit Sulpiti- erus lib. II. hiſt. ſac. p. 149. edit. Vict. Giſel. *Ter-]vit, perſecutio per Trajanum fuit, qvi cùm tormentis ſtionibus nihil in Chriſtianis morte aut pœnâ dignum Tet, ſæviri in eos ultrà vetuit.* Fortaſſis ita hæc con- da ſunt, ut dicamus, edictum iſtud, qvod Tiberiani onem ſecutum eſt, fuiſſe poſterius hoc reſcripto ad m, *Ri.* Qvâ pœna puniendi eſſent convicti Chri- non exprimit. Tertull. ad Scap. ait, ab initio man- fuiſſe, ut gladio animadverteretur in Chriſtianos, ſuo adhuc tempore obſervâſſe præſidem Maurita- ortaſſe ea qvoqve fuit Trajani ſententia; & inter capitales hæc ſupplicii ſpecies minus infamis, iqve ſæva habebatur. *Bald.* Adversùs hanc ſen- m argutè diſputat Tertullianus [c. 2. apol.] *O*, in-

noſtris h),*qvamvis ſuſpecto* i) *in præteritum fuerit, veniam ex pœnitentiâ impetret. SINE AUCTORE* k)

qvit, *ſententiam neceſſitate confuſam! Negat inqvirendos, ut innocentes: & mandat puniendos, ut nocentes. Parcit, & ſævit: diſſimulat & animadvertit. Qvid te ipſum cenſurâ circumvenis? Si damnas, cur non & inqviris? ſi non inqviris, cur non & abſolvis?* Eqvidem nolim Trajani cauſſam agere adverſùs Chriſtianos: exiſtimo tamen occurri poſſe argumento Tertulliani. Nec enim par eſt ratio cujusvis criminis. Eſt ubi poſſis connivere, qvamdiu crimen non eſt apertum; eſt item, ubi non poſſis. Multa domi parentes, magiſtri in ſcholis diſſimulant, qvamdiu ſciri ea neſcitur. Sanè diſpar eſt ratio ſuperſtitioſi & facinoroſi. Utrosqve pœnâ dignos cenſuit Trajanus: ſed credidit, poſſe conniveri in iis, qvi ſolâ ſuperſtitione laborant, non item poſſe in facinoroſis. Neqve hæc dicuntur, ut Trajanus crimini eximatur: qvi Chriſtianos, niſi religionem abjuraret, vitâ privaret. Primùm eo fallebatur, qvòd Chriſtianos putaret ſuperſtitioſos, cùm id criminis potiùs gentilibus debuerit impingi; in qvibus Trajanus ipſe. Prætereà in eo deceptus, qvòd crederet, poſſe aliqvem ad religionem cogi. Nam, ut verisſimè Lactantius ait; *Nihil eſt tàm voluntarium, qvàm religio.* Voſſ. p. 55. 56. 57. *h*) thure ſcil. ac vino, ut erat ſuprà in epiſtolà Plinii. Nota hìc modeſtiam Imp. Nam cùm Plinius de imagine ipſius inter ſimulacra numinum ad cultum venerationemqve collocata feciſſet mentionem, Imperator hanc rem ſilentio præteriit. Qvanqvam rectiùs qvoqve facturum fuiſſe putem, ſi hunc honorem diſertè recuſaſſet, ſibiqve haberi prohibuiſſet: qvomodo alibi modeſtè recuſat honores ſimiles ſibi delatos. *Ri.* Prætereà nec urget Trajanus, ut, ſicut Plinius exegerat, Chriſto malediceretur â Chriſtianis. Et hoc alicujus in homine gentili moderationis fuit. *Voſſ. p. 61.* *i*) Videtur plus ſenſiſſe, minus ſcripſiſſe Imperator. Non tantùm

RE k) *verò propoſiti libelli nullo crimine* l) *locum habere debent. Nam & peſſimi exempli, nec noſtri ſeculi* m) *eſt.*

99. CAJUS PLINIUS TRAJANO Imp. S.

Quærit an contegenda ſit aqva, qvæ per Amaſtrianorum plateam fluebat.

AMaſtrianorum *n*) civitas, Domine, & elegans & ornata, habet inter præcipua opera pulcherrimam, eandemqve longiſſimam plateam, cujus à latere per ſpatium omne porrigitur

enim *ſuſpectos* anteà de Chriſtianiſmo admitti voluit ad abnegationem, thurificationem & ex pœnitentiâ veniam, ſed etiam qvi *manifeſtò* ac propalàm fuiſſent anteà Chriſtiani. *Ri.* k) Cùm in criminibus non ſolùm accuſator nomen ſuum profiteri, ſed ſe etiam debeat ſuâ manu obligare ad ſubeundam calumniæ pœnam, ſi calumniari videatur: meritò hîc rejiciuntur libelli ſine auctore, cùm famoſi magis, qvàm accuſatorii videantur, & indicent, ſcriptorem, qvi latitat, eſſe calumniatorem: cur enim alioqvi palàm accuſare non audet? *Bald.* l) *pro in nullo crimine:* atq; ita fortean ſcripſerat Imperator. *Ri.*

m) Sic ſuprà ep. 63. *non eſt ex juſtitiâ noſtrorum temporum.* Sic Juſtinian. in l. ult. C. de pactis: *Cùm in alienis rebus contrà domini voluntatem aliquid fieri vel paciſci ſecta temporum noſtrorum non patiatur.* Idem Imperator in l. 23. ab Anaſtaſio C. Mandati: *Ne videamur in tantâ temporum noſtrorum benevolentiâ aliquid acerbius admittere.* Et in l. 5. ſi qva illuſtris C. ad SC. Tertull. *noſtris temporibus indignum.* Ri.

EP. 99. n) Amaſtris *ſecundùm Ptolemæum & Appianum ac Lucianum, non multum diſtans à Carambe, Ponti civitas eſt: ſed Plinius Paphlagoniæ aſcribit*, olimq; Seſa-

tur nomine qvidem flumen, re verò cloaca fœdiſſima: qvæ ſicut turpis & immundiſſima aſpectu, ita peſtilens eſt odore teterrimo. Qvibus ex cauſis non minus ſalubritatis qvàm decoris intereſt, eam contegi: qvod fiet, ſi permiſeris, curantibus nobis, ne deſit qvoq; pecunia operi tam magno qvàm neceſſario.

100. TRAJANUS PLINIO S.

Permittit confornicari cloacam.

R*Ationis eſt* o), *mi Secunde chariſſime, contegi aqvam iſtam, qvæ per civitatem Amaſtrianorum fluit, ſi detecta* p) *ſalubritati obeſt. Pecunia ne huic operi deſit, curaturum te ſecundùm diligentiam tuam certum habeo.*

10'. CA-

mum *dictam refert. Strabo XII.* Poſt Parthenium amnem eſt Amaſtris, de conditoris nomine appellata: ea poſita in peninſulâ portûs habet ex utrâqve iſthmi parte. Amaſtris uxor fuit Dionyſii Heracleæ tyranni, & Oxyarthis filia, fratris Darii ejus, qvi cum Alexandro bellum geſſit, & è trium urbium incolis Seſamo, Cytoro & Cromnâ unam confecit civitatem. Seſamus Amaſtris arx dicitur. *Hinc Stephanus*: Amaſtris civitas Paphlagoniæ, qvæ priùs Cromna, à muliere Perſide Amaſtride, qvæ cùm Dionyſio Siciliæ [*ut Strabo, Heracleæ*] tyranno concubuit. *Sed Demoſthenes ab Amazone ſic appellatam autumato. Cujus gentile Amaſtrianus.* Cat.

EP. 100. o) id eſt, ratio ſvadet, εὔλογόν ἐστι. Ad eundem modum & JCti ſæpe loqvuntur: Vid. Marcian. in l. 48. his verbis § 2. D. de hered. inſtit. Sic & Modeſtin. in l. 22. eum qvi. D. de donat. *ſummæ æqvitatis eſt.* Ri.

p) *intecta.* [illegible]

CAJUS PLINIUS TRAJANO Imp. S.

'onet, magno omnium conſenſu vota pro Tra- ſuſcepta per ſoluta & nova pro ejus ſalute upata.

Ota *q*), Domine, priorum annorum nuncupata alacres lætiqve perſolvimus *r*), no- 'e rurſus, curante *s*) commilitonum & pro- ialium pietate, ſuſcepimus: precati Deos, : remqve publicam florentem & incolu- 1 eâ benignitate ſervarent, qvam ſuper ma- plurimasqve virtutes præcipuâ ſanctitate èqvi Deorum honore *t*) meruiſti.

102. TRA-

'. 101. q) *Solebant Senatores & Magiſtratûs Ro- initio anni & jusjurandum ſolenne ſumere, & votorum ıpationes facere, pro ſalute & incolumitate Principis, Tacito lib. 16. & ibid. Comment. Lipſii diſcimus. Idemq riſtianos factitaſſe [procul dubio ſequentes præcepta 1. Tim. 2. & Rom. 13. & 1. Petr. c. 2.] diſcimus ex i loco Tertulliani in apolog. c. 30. Solitos autem ſuſci- ota die 3. poſt Calend. Januarias teſtatur Gajus in l. 233. ıitur. § 1. Dig. de verb. ſign. quod eleganter dicunt Ar- ſ Honor.* votis communibus felicem annum aperiri, *C. de oblatione votorum lib. 12. ubi habetur ſimul, offer- tam Principib. unam libram auri in 72. ſolidis obryzia- ie obryzatis. Sunt verò obryzati ſolidi, qui conſtant ex & puriſſimè cocto auro, ex quo poſſit inauratio fieri, ut Cujac. ad l. ult. C. de vet. num. poteſt.* Ri.

Solutio *pertinet ad vota præterita;* nuncupatio *ad , ſeu quæ futurum tempus reſpiciunt. Ri.*

forte legendum eſt, certante, *ſignificantiùs ſive ἐμφα- τικώτερον.. Conjecturam meam adjuvat epiſt. 60. ſuprà:* âdem certarunt pietate. *Ri.* t) *i. e.* honorando

102. TRAJANUS PLINIO S.

Significat, ſibi jucundam fuiſſe pro ſe votorum nuncupationem & ſolutionem.

SOlviſſe vota Diis immortalibus, te præeunte, pro meâ incolumitate commilitones u) *cum Provincialibus lætiſſimo conſenſu, & in futurum* x) *nuncupaſſe, libenter, mi Secunde chariſſime, cognovi literis tuis.*

103. CAJUS PLINIUS TRAJANO Imp. S.

Nuntiat diem, qvo ſuſceperat imperium Trajanus, religioſiſſimè fuiſſe celebratum.

DIem, in qvem tutela *y*) generis humani feliciſſimâ ſucceſſione translata eſt, debitâ religione celebravimus, commendantes Diis, imperii tui auctoribus, & vota publica & gaudia.

104. TRAJANUS PLINIO S.

Gratum ſibi fuiſſe ſcribit, qvòd dies imperii ſui à Secundo & commilitionibus fuiſſet celebratus.

Diem

Deos. Honorem Deorum dixit, ut ſuprà obſeqvium ampliſſimi ordinis *Trajanus ep. 21.* Bu.

EP. 102. *u*) *& commilitones* †. *x*) *in futurumq.*

EP. 103. *y*) *Videtur ſcripſiſſe* : Diem, qvo inte tutela. *Gro.*

Diem imperii mei debitâ lætitiâ & religione à commilitonibus & provincialibus, præeunte …, celebratum, libenter, mi Secunde chariſſime, cognovi z).

105. CAJUS PLINIUS TRAJANO Imp. S.

Petit jus Qviritium pro tribus libertis.

Valerius, Domine, Paulinus, excepto uno, jus Latinorum a) ſuorum mihi reliqvit b): ex qvibus rogo tribus interim jus Qviritium c) des. Vereor enim, ne ſit immodicum, pro omnibus pariter invocare indulgentiam tuam: quâ debeo tantò modeſtiùs uti, qvantò pleniorem experior. Sunt autem pro qvibus peto, Cajus Valerius Æſtiæus, Cajus Valerius Dionyſius, Cajus Valerius Aper.

 106. TRA-

EP. 104. z) Sic editio Stephani anni 1604. Aliæ ejusdem Stephani & his antiqviores: *cognovi literis tuis*, perinde ut in epiſt. huic ſimili 102.

EP. 105. a) *Latinos Junianos fuiſſe quandam libertorum ſpeciem, ex Inſtitutionibus notum eſt, §. libertinorum tit. de Libertinis. & ex tit. C. de Lat. libert. toll. Eorum autem jus patronatus morte patroni non extingvebatur, ſed perinde ut ſervorum dominium poterat aliis legari. Erat enim Latinorum libertorum conditio ſervis, quàm liberis hominibus ſimilior: quare ad civitatem Romanam per manumiſſionem non perveniebant.* Ri. *Libertorum legiſſe videtur Catanæus.* b) *teſtamento.* Ri. c) *Romanam civitatem, perinde ac ſi Quirites eſſent.* [*conf. ſuprà p. 767. u.*] *Nam manumiſſi modò majorem & juſtam libertatem conſeqvebantur, & fiebant cives Romani; modo minorem, &*

106. TRAJANUS PLINIO S.

Trajanus concedit rogata,& pro reliqvis iden promittit.

Cum honeſtiſſimè iis,qvi apud fidem tuam à Valerio Paulino depoſiti ſunt,conſultum velis maturè per me, iis interim, qvibus non petiiſti, u ſcias d) *dediſſe me jus Qviritium, referri in commentarios meos juſſi: idem facturus in cæteris pro qvibus petieris.*

107. CAJUS PLINIUS TRAJANO Imp. S.

Mittit libellum Aqvilæ centurionis,qvo rogaba filiam ſuam donari civitate.

Rogatus, Domine, à Publico Accio Aqvilâ centurione cohortis ſextæ eqveſtris *e*), ut mitterem tibi libellum, per qvem indulgen tiam pro ſtatu filiæ ſuæ implorat, durum pu tavi negare, cùm ſcirem qvantam ſoleres mili tum

Latini ex lege Juniâ Norbana fiebant; modò inferioren & fiebant ex lege Æliâ Sentiâ dedititiorum numero Cat.

EP. 106. *d*) Hæc, *ut ſcias*, abſunt ab editionibu Aldi & Schurerii [à Baſileenſibus item duabus, Gratan dri & Sichardi.] *Ri.* Sic ſuprà ep. 96.

EP. 107. e) *Notandum*, cohortis *vocabulum,quo aliàs pedeſtris militiæ eſt, ad equeſtrem transferri. Ammianum* cohortem *de equite*, turmam *de pedite dixiſſe, confuſ vocabulis militiæ, Lipſius lib. II. de Militiâ Romanâ dial. extr. obſervat. Ac Ammianum quidem confudiſſe, non con travenio.* De Plinio autem & Trajano ipſo, (namq; & *is* ii

ım precibus patientiam humanitatemq; præ-
.are *f*).

)8. TRAJANUS PLINIO S.

Filiæ Aqvilæ civitatem Romanam indulget.

Ibellum Publii Accii Aqvilæ, centurionis cohor-tis ſextæ eqveſtris, qvem mihi miſiſti, legi: cujus recibus motus dedi filiæ ejus civitatem Roma-am. Libellum reſcripti g)*, qvem illi redderes, miſi ibi.*

09. CAJUS PLINIUS TRAJANO Imp. S.

Conſulit Trajanum, an civitatibus Bithyniæ & Ponti permittat potiora jura in debitis exigen-dis

QVid habere juris velis & Bithynas & Ponti-cas civitates in exigendis pecuniis, qvæ il-is vel ex locationibus, vel ex venditionibus liisve cauſis debeantur, rogo, Domine, reſcri-)as. Ego inveni, à plerisqve proconſulibus con-

 ceſſam

---

equitur ſequenti epiſtolâ,] *nihil hujus ſtatuendum eſt. Qui t militiæ, ſic & vocabulorum militiæ Romanæ peritiſſimi rant. Quare puto ſermonem de certo genere equitum fieri: uod tamen, cujusmodi fuerit, pronunciare non habeo.* Bu.

f.) *Hoc facilè apparet vel ex l. 1. D. de teſt. mil. ubi dici-ur Trajanus exemplo Nervæ patris ſui plenisſimam indul-entiam in milites contuliſſe.* Ri. *Et Juvenalis ultimâ Sa-yrâ monſtrat, quanta commoda militibus fuerint ſub Tra-ano.* Cat.

EP. 108. *g*) qvi tamen hodiè non extat. Ri.

ceſſam eis protopraxiam *h*), eamq́; pro lege valuiſſe. Exiſtimo tamen tuâ providentiâ conſtituendum aliqvid & ſanciendum, per qvod utilitatibus eorum in perpetuum conſulatur. Nam qvæ ſunt ab aliis inſtituta, ſint licet ſapienter indulta, brevia tamen & infirma *i*) ſunt, niſi illis tüa contingat auctoritas.

110. TRAJANUS PLINIO S.

Reſcribit, ſeqvendas leges uniuscujusq; civitatis.

QVo jure uti debeant Bithynæ vel Ponticæ civitates in iis pecuniis qvæ ex qvaqve causâ Reipublicæ debebuntur, ex lege cujusq; animadvertendum eſt k). *Nam ſi habent* l), *privilegium qvo cæteris creditoribus anteponantur, cuſtodiendum eſt: ſi verò non habent, in injuriam privatorum id dari à me non oportebit.*

III. CA-

EP. 109. h) *primam exactionem. Trajanus ſequenti epiſtolâ* privilegium, qvo cæteris creditoribus qvis anteponitur, *interpretatur atq; appellat.* Bu. i) *quia Proconſules non habent poteſtatem concedendi privilegia.* Ri.

EP. 110. *k*) hoc eſt, inſpiciendum κατὰ μέρος cujusqve civitatis jus, qvo gaviſa eſt hactenus: nam καθ' ὅλου nihil definìri poteſt. Similiter infrà ep. 114. *Ri.*

l) Aldina & aliæ qvædam veteres: *ſive habent*; & mox pro, *ſi verò non habent*, ſimiliter, *ſive non habent*. Qvod ferri poteſt; non æqvè illud qvod eſt in editionib. Stephani, ut inde ad alias qvasdam propagatum: *ſive habent*, - - *ſi verò non habent*.

III. CAJUS PLINIUS TRAJANO Imp. S.

Repetebat fiſci advocatus Amiſenorum à Julio Piſone certam pecuniam ei donatam à Republicà ante viginti annos, nixus Trajani mandatis, qvibus prohibebat fieri de publico erogationes: Piſo contradicebat. Secundus rem integram Trajano decernendam mittit.

ECdicus *m*), Domine, Amiſenorum civitatis petebat apud me à Julio Piſone denariorum circiter qvadraginta millia, donata ei publicè ante viginti annos, & bule *n*) & eccleſiâ *o*) conſentiente: utebaturqve *p*) mandatis tuis, qvibus ejusmodi donationes vetantur. Piſo contrà, plurima ſe in Rempublicam *q*) contuliſſe, ac propè

 totas

EP. III. m) *qvi hodiè dicitur fiſci advocatus. De qvo M. Cic. lib. XIII. ad Thermum proprat. in epiſtolis ad Lentulum:* Sed malo Ecdicos. *Et ſtatim:* jubeas Ecdicos Romam mittere. *Et jam dixerat:* ut Ecdici Mileſii Romam mitterentur. *Cat.* Defenſorem civitatis *Juſtinianus appellat L. Ut præfectus II. C. de annali exceptione. V. Gloſſa:* Ἐκδικος, Defenſor, Vindictor. *Alibi* Syndici *appellantur in Jure.* Ecdicorum *& Cicero meminit.* Bu. *Malè Ald. & alii:* Medicus. *Ri.* n) *reſpice ad p. 728. i.* o) *Senatu & concione populi.* Βυλὴ *enim Senatus, &* Ἐκκλησία *concio. Cat.* Eccleſia *hic, ut apud Demoſthenem & alios oratores ac hiſtoricos græcos eſt concio, ſeu populus. Inde nomen à paganiſmo tranſiit poſteà in uſum Chriſtianiſmi, de congregatione cœtuq; fidelium, imò & ædificio locoq; Chriſtianorum conventibus uſurpatum. Marcellinus ferè conventicula vocat.* Ri. p) *Catan.* nitebaturq;, *qvod præfero, ut ſignificantius.* Ri. q) *Amiſenorum. Hermogenianus*, De-

totas facultates erogaſſe, dicebat. Addebat etiam temporis ſpatium *r*), poſtulabatqve, ne id qvod pro multis *s*) & olim accepiſſet, cum everſione reliqvæ dignitatis reddere cogeretur. Qvibus ex cauſis integram *t*) cognitionem differendam exiſtimavi, ut te, Domine, conſulerem, qvid ſeqvendum putares.

112. TRAJANUS PLINIO S.

Donationes ex publico factas ante exiguum temporis ſpatium retractari non oportere admonet.

Sicut

curionibus, *inqvit*, facultatibus lapſis alimenta decerni permiſſum eſt, maximè ſi ob munificentiam in patriam patrimonium exhauſerint. *Cat.* r) *qvod jam 20. anni effluxiſſent poſt illam donationem. Cùm igitur tanto ſpacio temporis nulla ſibi facta eſſet controverſia, ne nunc qvidem fieri debere. Poterat fortaſſe & hâc uti defenſione, qvòd multò ante illud Trajani edictum perfecta fuerit hæc donatio, & proinde non revocanda. Sed cur hanc exceptionem omiſerit, cauſam illam eſſe puto, qvia edictum nominatim etiam præteritos casûs comprehenderet. Alioqvin, ut notum eſt, leges futuris dant formam negotiis, non ad præterita extenduntur, ac jam terminata, niſi hoc ipſum voluerit atq; expreſſerit legislator. l. 7. C. de legibus.* Ri. s) *ſcil. in remp. à ſe erogatis impendiis, qvibus ferè omnia ſua bona exhauſiſſet. Catanæo non aſſentior*, pro multis *exponenti à multis, nempe Senatu & populo.* Ri. t) *h. e. intactam. Sic JCti ſæpe*, re integrâ, rebus integris, omnibus integris, *&c. Quibus* formulis *utuntur, cùm ſignificare volunt, nihildum geri* cœptum, nihil ſecutum eſſe. Ri.

SIcut largitiones ex publico fieri mandata prohibent u), *ita, ne multorum ſecuritas ſubruatur* x), *factas ante aliqvantum temporis retractari atq; in irritum vindicari* y) *non oportet. Qvicqvid ergò ex hac cauſà actum ante viginti annos erit, omittamus* z). *Non minus enim hominibus cujusq; loci, qvam pecuniæ publicæ conſultum volo.*

113. CAJUS PLINIUS TRAJANO Imp. S.

Trajanum conſulit, an qvi Senatores fiant, debeant certum qvid inſerre pro introitu.

EP. 112. *u*) Notanda hujusmodi mandata Principum de donatione pecuniarum publicarum prohibità. Et meritò: Qvia donare eſt Perdere l. 7. filiusf. in pr. D. de donat. l. 3. D. de SC. Maced. l. 25. ſed etſi §. 11. D. de hered. pet. Adminiſtratoribus autem civitatum, ſicut & tutoribus & aliis rerum alienarum procuratoribus non eſt conceſſa perditio vel diſſipatio, ſed adminiſtratio. Pertinent hæc ad tit. D. de adminiſtrat. rerum ad civitatem pertinentium. *Ri.* *x*) qvod futurum eſſet, ſi ſemel, & qvidem jam olim perfectæ donationes reſcinderentur, & rerum dominia ferè ſemper eſſent incerta, qvod eſſet bono publico adverſum l. 1. D. de uſurpat. *Ri.*

y) Uſitatius eſt, *in irritum deduci*, vel *revocari*. Impp. Diocletian. & Maximian. [qvorum reſcripta ſolent eſſe elegantiſſima,] dixerunt etiam, *ad irritum revocari*, in l. pen. C. de reſtit. milit. *Ri.* *z*) Ait, qvanqvam cavetur mandatis, ne donationes pecuniæ publ. fiant: tamen hæc ad futuros potiùs casûs pertinere, qvàm ad præteritos; aut ſi omninò etiam ad præteritas donationes referri debeant, tamen ad eas forte, qvæ non multò ante ſint factæ, non etiam ad illas, qvæ longo ante tempore, v. g. X. vel XX. annos. *Ri.*

LEx Pompeja *a)*, Domine, qvâ Bithyni & Pontici utuntur, eos, qvi in bulen à cenſoribus leguntur *b*) dare pecuniam non jubet: ſed ii, qvos indulgentia tua qvibusdam civitatibus ſuper legitimum numerum *c*) adjicere permiſit, & ſingula millia denariorum & bina intulerunt *d*). Anicius deinde Maximus proconſul eos etiam, qvi à cenſoribus legerentur, duntaxat in pauciſſimis civitatibus, aliud aliis juſſit inferre. Supereſt ergò, ut ipſe diſpicias, an in omnibus civitatibus certũ aliqvid omnes, qvi deinde Buleutæ leguntur, debeant pro introitu dare. Nam qvod in perpetuum manſurum eſt, à te conſtitui decet, cujus factis dictisq; debetur æternitas.

114. TRA-

EP. 113. a) *Legis Pompejæ de Magiſtratibus, muneribus & bonoribus etiam alibi in his epiſtolis mentio ſit, ut ep. 83. & 115.* Ri. b) *hoc eſt qvi bulevtæ decuriones creantur. Notandum hîc I. non tantùm Romæ poteſtatem legendi Senatores, ac removendi ſeu prætereundi eosdem, ſi indigni viderentur, penes Cenſores fuiſſe, verùm etiam in civitatibus provincialibus II. notandum, multa vocabula græcæ originis uſu adeò freqventata fuiſſe illo ævo, ut quaſi latina viderentur, ut hîc* Bule & Bulevtæ [*de quibus p. 728. i.*] *ut alibi* [*p. 766. p.*] Jatralipta; *alibi* [*ep. 117. & 118.*] Dianome, Hetæriæ [*p. 822. p.*] Iſelaſtica [*ep. 119.*] *&c. Sic viceversâ plurima ſunt vocabula Latinæ originis, quæ Græci ſcriptores uſu fecerunt ſua, & quaſi novâ monetâ percuſſerunt: de quibus alibi proprium inſtituo tractatum.* Ri. c) *hi* ſupernumerarii *decuriones dici ſolent, ſicut & ſupernumerarii advocati dicuntur, qui extra legitimum advocatorum numerum ſunt adſumpti. Atq; hi ſunt, qui à Plinio noſtro dicuntur bulevtæ additi beneficio Trajani epiſt. 48. [p. 728.]* Ri. d) *Sportulus ſolere novos decuriones cæteris diſtribuere,*

114. TRAJANUS PLINIO S.

Servandam præcipit uniuscujusq; loci conſvetudinem.

Honorarium e) *decurionatus* f) *omnes qvi in qvaq; civitate Bithyniæ decuriones fiunt, inferre debeant necne, in univerſum à me non poteſt ſtatui* g). *Id ergò, qvod ſemper tutiſſimum eſt, ſeqvendam* h) *cujusqve civitatis legem puto: ſcilicet* i)

Papinianus titulo de Decurionibus innuit: Minores, *ſcribit,* viginti qvinq; annorum decuriones facti, ſportulas decurionum accipiunt. *Cat. Non eſt novum, ut qvi ad aliqvam dignitatem ſeu munus qvodpiam, vel in corpus atque collegium certum primò adſumuntur, pro ingreſſu ſeu introitu aliquid dent prioribus, qui eo in collegio jam ſunt; v. g. ſi quis adſocietur curiæ, ſcholæ, militiæ, ſacerdotio, &c. Vid. l. pen. §. pen. & ult.* [*ubi Cujacius pro* onera *reſtituit* honoraria,] *D. de leg. 3. Cujac. ad l. 7. C. de prox. ſacr. ſcrin. lib. 12. In Novel. 6. hæc vocantur* ἐμφανιςικὰ, *hoc eſt,* inſinuativa, *ſive* inſinuationes, *ut vetus interpres tranſtulit, quæ ſolvuntur à Clericis Conſtantinopolitanis, de quibus eſt etiam Novel. 56. & Novel. 123.* Ri.

EP. 114. *e*) qvod datur honoris causâ, dum fiunt decuriones. *Cat.* *f*) *Decurionatus* ſecundùm Calliſtratum municipalis honor appellatur, ſive cum ſumptu, ſive ſine erogatione contigerit. *Cat.* *g*) Nota, difficile ac periculoſum eſſe in publicis, universè aç generaliter aliqvid definire. Eodem pertinet regula juris, qvâ dicitur omnis definitio periculoſa eſſe: vix enim eſſe, ut ſubverti non poſſit, l. 202. omnis definitio. D. de Reg. Juris. *Ri.* Conf. ſuprà ep. 110. k. *h*) *ſeqvendum* †. hanc lectionem præfero alteri, *ſeqvendam. Sequendum legem* græciſmus eſt, ſimilis illis: *pœnas in morte timendum,* Lucr. Et: *Senatores accipiendum eſt* eos &c. Ulpian.

cet i) *adverſùs eos, qvi inviti ſiunt decuriones, exiſtimo id acturos, ut erogatio cæteris præferatur* k).

115. CAJUS PLINIUS TRAJANO Imp. S.

Qværit an decuriones aliarum civitatum debeant ejici lege Pompeja, qvæ vetabat alienum civem adſcribi ſenatui alterius civitatis.

Lege, Domine, Pompejâ *l*) permiſſum Bithynicis civitatibus adſcribere ſibi qvos vellent cives, dum civitatis non ſint alienæ, ſed ſuarum qvisqve civitatum *m*) qvæ ſunt in Bithyniâ. Eâdem lege ſancitur, qvibus de cauſis è Senatu à cenſoribus *n*) ejiciantur *o*): inter qvas nihil de cive

in l. ult. de Senatoribus, & plurimis aliis. *Ri.* qvem vide & ad ep. 117. h. *i*) Puto legendum, *Sed adverſùs*. Error ſcripturæ natus ex notis. *Ri.* *k*) hæc verba apud me qvidem obſcura ſunt, qvæ tamen Catanæus ita interpretatur: ut minùs graventur in pecuniarum illatione, qvàm *decuriones ſpontanei.* Ri.

EP. 115. l) *Legis Pompejæ ſuprà quoque mentionem habuit Plinius ep. 83.* [*item 113.*] *ejusq; plura fuiſſe capita hîc in fine ſignificatur: quæ utinam exſtarent! Sed unum atque alterum caput ex hâc ipſâ epiſtolâ peti aut colligi poteſt.* Ri. m) ſuarum qvisqve matrum civitatum†. Matres Civitates, *quæ genuerunt. Forte meliùs aberit iſta vox,* [*abeſt verò etiam à quibusdam, ut Genevenſi.*] *Nam* ſua cujusq; civitas, *ſua cujusq; patria dicitur, de quo ſuprà ad lib. VI. ep. 8.* [*p. 409. a.*] Bu. n) *repete, qvæ dicta ad ep. 113. b.* o) *id eſt, ejici debeant. Seqventi epiſtolâ:* ...lentibus, an legerent in Senatum, id eſt, *legere debe-*

cive alieno cavetur *p*). Inde me qvidam ex cenſoribus conſulendum putaverunt, an ejicere *q*) deberent eum, qvi eſſet alterius civitatis. Ego, qvia lex ſicut adſcribi civem alienum vetabat, ita ejici è Senatu ob hanc cauſam non jubebat; præterea qvia ab aliqvibus affirmabatur mihi in omni civitate plurimos eſſe buleutas *r*) ex aliis civitatibus, futurumqve ut multi homines multæqve civitates concuterentur eâ parte legis, qvæ jam pridem conſenſu *s*) qvodam exoleviſſet: neceſſarium exiſtimavi conſulere te, qvid ſer-

rent. Virgilius: at tu dictis, Albane, maneres, *id eſt, manere deberes*. Bu. p) *Fateor* verbis *legis nihil de hoc cautum fuiſſe: attamen* ſententià *legislatoris procul dubio etiam hic caſus comprehendebatur. Nam qui vetat civem alienæ civitatis adſciſci in civitatem, & adſcitum contrà legem jubet ejici ex numero civium, is multò minùs vult talem in Senatum legi, & lectum jubet ejici. Niſi forte quis dicat, multa non permitti quidem fieri, facta tamen contrà legis prohibitionem non reſcindi, ſed tenere: item, Caſum omiſſum habendum eſſe pro omiſſo, ideoq; dignum vindice Imperatore nodum hîc incidiſſe*. Ri. q) *ſcil. è Senatu. Notanda hæc qvæſtio eſt, qvam non ſatis convenienter reſumere videtur Imperator in ſuo reſcripto his verbis*: an *legerent in Senatum* aliarum civitatum, ejusdem tamen provinciæ, cives? *De eo enim Cenſores Plinium non conſuluerant*. Ri.

r) *Senatores*. Βυλευταὶ *enim, qvi Reip. conſulunt*. Cat.

s) *ſcil. tacito. Julianus in l. 32. de quib. in fin D. de legib*. Rectiſſimè illud receptum eſt, ut leges non ſolùm ſuffragio legislatoris, ſed etiam tacito conſenſu omnium, per deſvetudinem abrogentur. *Trajanus in reſcripto ſuo vocat* longam conſvetudinem uſurpatam contrà legem. *Votandum qvoq; hîc, non ſolùm* totam legem exoleſcere poſſe,

ſervandum putares. Capita legis his literis ſubjeci.

116. TRAJANUS PLINIO S.

Permittit eſſe in Senatu, qvi jam allecti fuerant: vetat in futurum alienum aliqvem adſcribi.

Meritò hæſiſti, Secunde chariſſime, qvid à te reſcribi oporteret cenſoribus, conſulentibus an legerent in Senatum t) *aliarum civitatum, ejusdem tamen provinciæ, cives. Nam & legis auctoritas* u), *& longa conſvetudo* x) *uſurpata* y) *contra legem, in diverſum movere te potuit. Mihi hoc temperamentum ejus placuit, ut ex præterito nihil novaremus* z), *ſed manerent, qvamvis contra legem adſciti qvarumcunqve civitatum cives; in futurum autem lex Pompeja obſervaretur: cujus vim ſi retrò qvoq; velimus cuſtodire, multa neceſſe eſt perturbari.*

117. CA-

verùm etiam partem *legis aliqvam reliqvis in uſu manentibus. Nimirum quod eſt jus de toto quoad totum, idem jus eſt partis quoad partem. arg. l. 76. quæ de totâ. D. de rei vindicat.* Ri.

EP. 116. *t*) imò, ejicerent è Senatu, ut modò dictum lit. q. *u*) qvæ ſvadebat ejici tales Senatores, ut intelliges è lit. p. ad epiſt. præced. *x*) qvæ diſſvadebat. *y*) Non caret hîc ſuâ emphaſi verbum *uſurpata.* Videtur enim ſic accipiendum, ut apud Ulpianum in l. 13. injuriarum. §. ult. D. de injur. *Uſurpatum tamen & hoc eſt, tametſi nullo jure, &c. Ri.* *z*) i. e. mutaremus. Quo ſenſu & ſuprà novatam [i. e. mutatam] legem

117. CAJUS PLINIUS TRAJANO Imp. S.

Dubitat ex invitatione multorum ad ſolennia officia, inter Bithynos factionem & diſcordiam oriturum.

QVi virilem togam ſumunt *a*), vel nuptias faciunt *b*), vel ineunt magiſtratum, vel opus publicum dedicant *c*), ſolent totam bulen *d*),

---

Pompejam dixerat idem Trajanus ep. 84. Alia lectio, qvam prodit Catanæus, habet, *moveremus.*

EP. 117. a) *faciebant hoc anno ætatis XVI. Vid. Joan. Roſin. Antiq. Rom. lib. V. c. 32.* Ri. b) *Uſurpatur hæc formula duobus modis: cùm de ipſâ pompâ & ſolennitate nuptiali, quæ palàm fit; tùm de* συνουσίᾳ, *cùm nova nupta novusq; maritus in cœtum conveniunt, ut cum Auſonio in Periochis Homericis loquar. De ſportulis autem nuptialibus ſæpe eſt apud Symmachum, ut lib. IV. epiſt. 14. & 55. & lib. V. epiſt. 24. & lib. IX. ep. 77. 88. & 98. Cumq; maxima hominum caterva cupidè ſportulis inhiantium convolare ſoleret, [quâ aviditate etiam ſui temporis nobiles laboraſſe ſignificat Ammian. Marcellin. lib. XIV.] hinc fiebat, ut magna vis pecuniæ in eam diſtributionem inſumenda eſſet: ſicut Apulejus Pudentillam ſuam in apologiâ multò omnium doctiſſimâ ſcribit quinquaginta millia nummûm in eam rem erogaſſe. Quocircà multi, ut hoſce immanes ſumptûs, qui in urbibus & magnâ celebritate hominum occaſione ſportularum nuptialium faciendi erant, [evitarent] in villas ſuburbanas ſecedentes, ibi nuptias facere malebant. Vide Franc. Jur. & doctiſſ. miſcellan. ad Symmach. lib. IV. ep. 55. & CL. Collegæ noſtri Scip. Gentilis commentar. in apolog. Apuleji p. 417. & ſeq. Uterque hunc etiam Plinii noſtri locum laudat.* Ri. c) Dedicare opus *eſt ejus perfecti & conſummati uſum auſpicari ſolenniùs, inprimis* convivio præbito: *quod & hîc factum, verbum* vocare, item invitationes

len *d*),atq; etiam è plebe non exiguum numerũ vocare *e*), binosq́; denarios vel ſingulos dare. Qvod an celebrandum *f*) & qvatenus putes,rogo ſcribas. Ipſe enim, ſicut, [arbitror non imprudenter] præſertim ex ſolennibus cauſis *g*), concedendum juſſi invitationes *h*): ita vereor, ne ii,qvi mille homines,interdum etiam plures, vocant,

quarum meminit, *ſatis oſtendunt. Trebellius de Tetrico Juniore in XXX. Tyrannis:* Tetricorum domus hodieqve extat in monte Cælio *&c.* Qvam cùm dedicaſſent,Aurelianũm ipſum dicuntur duo Tetrici adhibuiſſe convivio. *Hic eleganter hoc verbum ad alias res translatum fuit, quæ primùm inſtituuntur. Hieronymus ad Salvinam de Cornelio Centurione:* qvi primus ab Apoſtolo baptiſatus ſalutem gentium dedicavit. *Idem de Melchiſedeco:* qvi jam tunc in typo Chriſti panem & vinum obtulit,*&* myſterium Chriſtianum in Salvatoris ſangvine & corpore dedicavit. *Sic P. Chryſologus Stephanum protomartyra* martyrium dedicaſſe *ait ſermone 153.* Bu. d) *Sic vocat ordinem Decurionum.* Ri. e) *invitare, ad ſportulas ſcil. percipiendas.* Vocationes *quàm ſæpe à Latinis auctoribus poſitæ ſint pro invitationibus, docet in Plautinis Quæſtionibus ſuis Janus Gulielmius.* Ri. Vocare *ad cœnam vocare eſt. Nam infrà ſcribit:* concedendum juſſi invitationes: *qvas Catullus vocationes appellavit:* at mei ſodales Qværunt in triviis vocationes. *Bu.* f) *ullâ celebritate & pompâ agendum.* Celebrare *eſt ſolenniter peragere. Et* celebrata *pro ſolennia et juſta poſuit Martialis IX.* Inſcripſit tumulo ſeptem celebrata virorum Se feciſſe Cloe. *Cat.*

g) *quales nimirum ſunt quatuor illæ ſuperius commemoratæ.* Ri. h) *noto hîc græciſmum*, concedendum invitationes, *cui ſimilis erat ſuprà epiſt. 114.* [*lit. h.*] ſeqvendum legem, *quanquam ibi & altera lectio eſt*, ſeqven-

vocant, modum excedere, & in ſpeciem *i*) diamones *k*) incidere videantur.

118. TRAJANUS PLINIO S.

Relinqvit prudentiæ Secundi ordinandum, qvod ad perpetuam Bithyniæ tranqvillitatem faciat.

Meritò

dam. *Ri.* i) *Eandem locutionem lib. I.* [*ep. 8. p. 26.*] *ad Saturninum uſurpavit*, ne qvam, *inquiens*, in ſpeciem ambitionis inciderem. *Cat.* k) Diamœries *t. diviſionis, factionis.* Niſi fallor, *inquit, Tertullianus*, prohibendarum factionum cauſâ de providentiâ conſtat modeſtia publica, qvæ illicitas factiones timet, ne civitas in partes ſcindatur. *Unde Auguſtus, Tranquillo autore, plurimas factiones titulo collegii novi ad nonnullius facinoris ſocietatem coeuntes ſuſtulit. Non video, cur quidam, vir alioqvi doctus, qui in Pandectas annotationes conſcripſit, pro* diamœries *ſcribendum putet*, malam. *Cat. Quis non videt, ſcribendum eſſe & hîc & ſequenti epiſtolâ* dianomes, *hoc eſt*, διανομῆς; Caſ. *Probo Caſauboni feliciſſ. reſtitutionem. Eſt autem* dianome [διανομὴ] *diſtributio. Sed* diamone *eſſet commoratio*, διαμονὴ. Diamœria, διαμοιρία *partitio, idem quod* διαμερισμός. Ri. *Hunc locum reſtituit Caſaubonus. Nam vulgò in aliis* diamones, *in aliis* diamœries *legebatur. Quorum illud tamen recentiſſima editio rurſus exhibuit. Vet. Gloſſ.* Διανομὴ, Diviſio diſtributio. Διανομὴ χοίνιξ, Sportula. Διανομὴ ἀργύρου, ſportula. Διανομὴ κρέως, Viſceratio. *Itaque vera lectio Dianomes. Nam & Trajanus ipſe ſequenti epiſtolâ* ſportulas *interpretatur.* Sportulæ *ambitioſæ ac ſordidæ largitiones : quæ captandæ & alliciendæ multitudini, factionisq́; parandæ cauſâ inſtituebantur.* Bu. *Sic ergò ſenſus tandem ad* factiones *abit, ſive* diamœries *legas cum Catanæo, ſive cum Caſaubono* dianomes. *Nec aliter, licet* diamones *citet, accepit Balduinus, verba epiſt. 97. lit. e.*

MEritò vereris, ne in ſpeciem diamones l) incidat invitatio, quæ & in numero modum excedit, & quaſi per corpora m), non viritim n) ſingulos ex notitiâ, ad ſolennes ſportulas contrahit. Sed ego ideò prudentiam tuam elegi, ut formandis iſtius provinciæ moribus ipſe moderareris, & ea conſtituas, quæ ad perpetuam ejus provinciæ qvietem eſſent profutura.

119. CAJUS PLINIUS TRAJANO Imp. S.

Victores in certaminibus Iſelaſticis à Trajano factis, petebant præmia: & qvia de tempore controverſia naſcebatur, rogat Imperatorem, qvid facere debeat o).

Athle-

hetærias eſſe vetueram, *explicans. Et omninò ſenſum hujusmodi extrema quoq; verba ſeqventis reſcripti poſtulant, quibus conſtitui vult Trajanus, quæ ad perpetuam provinciæ* qvietem *eſſent profutura.*

EP. 118. *l*) repete jam proximè ad epiſt. præced. monita. *m*) factiones, ſectiones, collegia. Ovid. lib. I. Metam. *tamen illud ab uno Corpore, & ex unâ pendebat origine bellum.* Martianus de Collegiis illicitis & corporibus: *Mandatis principalibus præcipitur præſidibus provinciarum, ne patiantur eſſe collegia, ſodalitia. In ſummâ autem, niſi SCti autoritate vel Cæſaris, collegium vel quodcunq; tale corpus coierit, contrà leges erit.* Cat. *n*) Eleganter hæc duo opponuntur, *per corpora* ſive claſſes vocari & ſportulas capere, & *viritim*, pro numero ſcil. capitum ſeu perſonarum Jurisconſulti non valde diſſimiliter ſolerent opponere in ſucceſſione & diviſione bonorum [illegible] *& in ſtirpes* factam diviſionem. *Ri.*

[illegible] o) *Plenius ac diſtinctius eloquitur hujus*

ATHletæ *p*), Domine, ea qvæ pro Iſelaſticis *q*) certaminibus conſtituiſti *r*), deberi ſibi putant

epiſtolæ argumentum Rittershuſius : De Iſelaſticis certaminibus dubitationem geminam Plinius ad Trajanum refert. Una eſt, deberine incipiant Athletis certaminum illorum victoribus præmia ſua inde usqve à die coronationis : an verò ex die *ἰσελάσεως*, hoc eſt, qvo patriam ſunt invecti ? Altera eſt hæſitatio, an debeantur ipſis opſonia ſeu præmia pro agone, anteqvā is agon, qvem vicerunt, Iſelaſtici jure privilegioq; à Trajano donaretur ?

p) *Pertinent hæc ad meliùs intelligendam l. 4. athletas. D. de his qui not. infam. aliaq; juris civilis loca.* Ri. q) Iſelaſtica *certamina ea dicebantur, quorum victores triumphantium ritu quadrigis invehebantur in oppida ſua ſive patrias, atque annonas ſive obſonia, ut noſter appellat, certaq; vectigalia de publico accipiebant. De iis Turnebus lib. I. c. 19. & lib. XXVI. c. 5. & Petrus Faber Agoniſtico.* Bu. *Sed unde dicta ſunt certamina* Iſelaſtica *? Non dubium, quin ἀπὸ τοῦ εἰσελαύνειν, quod ſignificat* invehi, *& proprium eſt verbum Hieronicarum, ut explicat eruditiſſ. Caſaubonus apud Athenæum lib. XV. c. 17. & in notis ad Hiſtor. Aug. Scriptores, in Spartiani Adrianum prope fin. Sic εἰσελαύνειν dicitur Rex aliquis, quando in urbem magnificâ cum ſpecie ac pompâ baſilicâ invehitur :* wenn er ſeinen Einritt oder Einzug hält. *Vide quoque de Iſelaſticis Pet. Fab. Tholoſani Agoniſtica, ubi & hanc Plinii epiſtolam laudat quidem, ſed eam non ſatis explicare videtur. Et Cujac. ad Novel. 53. parte 4. & pleniùs ad tit. C. Quæ res pign. oblig. poſſ. in Paratitlis.* Ri. *Dicta* Iſelaſtica *ἀπὸ τοῦ εἰσελαύνω*, invehor. *Nam ſolebant athletæ victores equis albis ingredi ſuam civitatem disjectâ murì parte, ſecundum Plutarchum. Quod ſignificabat, non magnoperè civitati illi opus eſſe muro, habenti viros, qui pugnare poſſent & vincere. Hanc conſuetudinem Tranquillus in Nerone* [*c. 25.*] *commemorat.* Cat. *His adde, quæ H. Stephanus afferet lit. z.* r) *ſcil. præmia, commoda, ἆθλα :*

